Nat. 8 Decembr.
de Nat 13 Julij.
Anno 1576.
Anno 1643.
M. IOHANNES KROMAYER, SUPERIN: GEN: VINAR
Joh. Dürr sculp.

Nat. 8 Decembr.
de Nat 13 Julij.
Anno 1576.
Anno 1643.
M. IOHANNES KROMAYER, SUPERIN: GEN: VINAR
Joh. Dürr sculp.

M. IOH. KROMAYERI EPITOME LIBRI CHRISTIANÆ CONCORDIÆ. unà Cum Indiculo Historiæ Ecclesiasticæ.

LIPSIÆ
Impensis Maurit. Georg.
Weidmanni. 94.

n
n
t
r
l
f
d
r
n
L

LECTORI BENEVOLO SALUTEM.

Quæ potissimum sunt causæ, propter quas hanc Libri Christianæ Concordiæ Epitomen adornare voluimus. Prima, ut calumniam maleferiatorum nonnullorum retunderemus, qui Principes nostros illustrissimos & nos, qui Ecclesiis ac Scholis præsumus, impudentissimè hactenùs traduxerunt, ac si in Religione aliquid mutare, atque adeò à doctrina Lutheri pura ac sincera, quam

pii Majores noſtri amplexi ac profeſſi ſunt, deficere conſtituiſſemus. Hiſce peſſimis hominibus opponimus ea, quæ in ſenſus incurrunt luceque meridianâ ſunt clariora. Veniant, videant & audiant, quæ tùm publicè, tùm privatim in Eccleſiis ac Scholis inclyti hujus Ducatus docemus ac profitemur. Ne latum quidem unguem diſceſſimus unquam, neq; diſceſſuri ſumus, quoad usque ſuâ nos ſuffulſerit gratiâ Altiſſimus, ab agnita ſemel veritate cœleſti, quam hoc ipſo libello exhibemus.

Altera cauſa eſt, ut hac qualicunque opellâ noſtrâ ſtudioſæ juventuti, inprimis verò iis, qu animum ad S. Theologiam ap-

plicu

plicuerunt, inſerviremus. Experimur enim ſæpiuſculè, quod quamplurimi eorum, qui ſacras functiones ambiunt, quando ad examen publicum deventum eſt, ubi ſubſcribere debent Symbolico Chriſtianæ Concordiæ Libro, quæ ſint capita illius libri, vel quos Articulos Confeſſio illa noſtra complectatur, termè prorſus ignorant. Inveniuntur etiam, qui librum illum Symbolicum aut nunquam viderunt, aut ſaltem nunquam legerunt. Ut igitur maturè non tantùm iis, qui olim Eccleſiaſtico vel Scholaſtico functuri ſunt munere, ſed & omnibus, qui Auguſtanam Confeſſionem, (& quidem primam illam & invariatam) am-

plectuntur, Articuli isti homologetici quàm familiarissimè innotescant, in Scholis jacienda esse hæc semina, atque à teneris unguiculis statim juventutem (perceptâ prius Catechesi Lutheranâ, generaliorique illâ Locorum Theologicorum Epitome, quam exhibemus quoque) cognitione horum capitum Confessionis nostræ imbuendam esse censemus. Et hanc quidem ob causam tùm germanicè tùm latinè Epitomen hanc edere voluimus. Hisce vale, lector benevole, & nostro huic studio favere ac benè precari perge. VINARIÆ è Museo 16. Maji, Anno 1620.

PRÆ-

PRÆFATIO IN LIBRUM CONCORDIÆ.

Omnibus & singulis has nostras lecturis Nos, qui isdem Nomina subscripsimus, Augustanæ Confessioni addicti Electores, Principes, & S. Romani Imperii, in Germania Ordines, pro dignitate & gradu cujusque nostra studia, amicitiam, ac salutem cum officio conjunctam deferimus & nunciamus.

INgens DEI Opt. Max. beneficium est, quòd postremis temporibus, & in hac mundi senecta, pro ineffabili amore, clementia ac misericordia sui, humano generi lucem Evangelii & Verbi sui (per quod solum veram salutem accipimus) post tenebras illas Papisticarum superstitionum, in Germania, charissima patria nostra, puram & sinceram exoriri, & praelucere voluit. Et eam jam ob causam brevis & succincta confessio, ex verbo DEI, & Sacro Sanctis Prophetarum, & Apostolorum Scriptis collecta est, quæ etiam in Comitiis Augustanis, Anno 1530. Imperatori Carolo Quin-

to, excellentis [illegible] a [illegible]ssimis Majoribus n[illegible] ge[illegible]anico & latino Idiomate oblata. & Ordinibus Imperii proposita, denique publice ad omnes homines, Christianam doctrinam profitentes, adeoq; in totum terrarum orbem sparsa ubiq; pererebuit, & in ore, & sermone omnium esse cœpit.

Hanc deinceps Confessionem multæ Ecclesiæ & Academiæ, ut Symbolum quoddam horum temporum, in præcipuis fidei Articulis, præsertim controversis illis, contra Romanenses, & varias corruptelas doctrinæ cœlestis complexæ sunt & defenderunt, & perpetuo consensu ad eam absq; omni controversia & dubitatione provocaverunt.

Doctrinam etiam in illa comprehensam, quam scirent & solidis scripturæ testimoniis suffultam, & à veteribus receptisq; Symbolis approbatam, unicum & perpetuum illum verè sentientis Ecclesiæ ac contra multiplices hæreses & errores olim defensum, nunc autem repetitum consensum esse, constanter judicaverunt.

At verò ignotum nemini esse potest, statim posteaquam summâ pietate præditus & præstantissimus heres D. Martinus Lutherus rebus eximeretur humanis, dulcem Patriam nostram Germaniam periculosissima tempora & rerum perturbationes gravissimas excepisse. In quibus sanè difficultatibus, & Reipublicæ antè floren-

florentis optimeq; constitutæ misera distractione, hostis ille mortalium astutè laboravit, ut semina falsæ doctrinæ & dissensiones in Ecclesiis & Scholis spargeret, dissidia cum offendiculo conjuncta excitaret, atque his suis artibus puritatem doctrinæ cœlestis corrumperet, vinculum charitatis Christianæ & pium consensum solveret, sacrosancti Evangelii cursum majorem in modum impediret & retardaret. Notum etiam universis est, qua ratione hostes veritatis cœlestis inde occasionem arripuerint, ut Ecclesiis & Academiis nostris detraherent: suis erroribus integumenta invenirent: pavidas errantesq; conscientias à puritate doctrinæ Evangelicæ abstraherent: ut illis, inferendo & tolerando jugo servitutis Pontificiæ, & amplectendis reliquis etiam corruptelis cum Verbo Dei pugnantibus, obsequentioribus uterentur.

Nobis profectò nihil vel gratius accidere poterat, vel quod majore animorum contentione & precibus à DEO Opt. Max. petendum judicaremus, quàm ut nostræ & Ecclesiæ & Scholæ in sincera doctrina Verbi DEI, ac exoptata illa & pia animorum consensione perseverassent: & quod Luthero adhuc superstite fiebat, piè & præclarè secundùm regulam Verbi DEI instituta & propagata ad posteritatem fuissent.

Animadvertimus autem, quemadmodum temporibus Apostolorum in eas Ecclesias, in quibus ipsi Evangelium Christi plantaverant, per

falsos fratres corruptelae introductae fuerant: ita propter nostra peccata, & horum temporum dissolutionem, tale quid, irato Deo, contra nostras quoque Ecclesias permissum.

Quare nostri officii, quod divinitus nobis injunctum esse noximus, memores, in eam curam diligenter nobis incumbendum existimamus, ut in provinciis & ditionibus nostris, falsis dogmatibus, quae ibi sparsa sunt, & subinde magis magisque, ac quasi consuetudinem & familiaritatem hominum insinuant, occurrantur; & Imperio nostro subjecti in recta pietatis via & agnita & hactenus constanter retenta defensaque veritate doctrinae coelestis persoverent, nec ab ea se abduci patiantur.

Qua sane in re, partim Antecessores nostri laudatissimi, partim nos elaborare studuimus. cum anno Christi 1558. Francofurti ad Moenum, oblata Comitiorum (*quae tum ab Electoribus habebantur*) occasione, communibus votis, in eam sententiam itum est, peculiarem & communem conventum habendum esse: *in quo de iis rebus, quae ab Adversariis, Ecclesiis & Academiis nostris odiose per calumniam objicerentur, solide & familiariter tamen inter nos ageretur.*

Et quidem post deliberationes illas, Antecessores nostri, piae excellentisque memoriae, & partim etiam nos Numburgi in Thuringia congressi sumus. Et tum Augustanam Confessio-

fessionem (*cujus jam aliquoties meminimus*) Imperat. Carolo Quinto, in frequentioribus illis Imperii Comitiis, Augustæ Anno 1530. habitis, oblatam in manus sumsimus: & piæ illi Confessioni, *quæ solidis testimoniis immotæ de in Verbo DEI expressæ veritatis superstructa est*, tum una mente omnes subscripsimus. *Videlicet, ut ea ratione posteritati consuleremus, & quantum quidem in nobis erat, authores & monitores essemus ad vitanda falsa dogmata, quæ cum Verbo DEI pugnarent. Idq; eo consilio fecimus, ut & apud Cæsaream Majestatem, Dominum nostrum clementissimum, deinde in universum apud omnes* testificatio sempiterna extaret, nunquam in animum nos induxisse, novum aliquod & peregrinum dogma vel defendere vel spargere velle: sed cupere eam veritatem, quam Augustæ Anno 1530. professi sumus, DEO nos juvante, constanter tueri ac retineri.

Fuimus etiam in spem non dubiam adducti, fore, ut ea ratione non solum ii, qui puriori doctrinæ Evangelicæ adversantur, à confictis criminationibus & accusationibus abstinerent, sed alii etiam boni & cordati homines, hac nostra iterata & repetita Confessione invitarentur, & majori studio & cura Veritatem cœlestis doctrinæ (quæ sola nobis ad salutē ductrix est) quærerent & investigarent, & in ea, salutis, animæ ac æternæ felicitatis suæ consulturi, re-

pudiatis imposterum omnibus [illegible] & disceptationibus, acquiescerent.

Sed *non absq; animi perturbatione* certiores facti sumus hanc nostram declarationem ac repetitionem illam piæ Confessionis apud Adversarios parum admodum ponderis habuisse: *nec nos & Ecclesias nostras calumniis præjudiciorum, quæ contra nos illi in vulgus sanè gravissima sparserant, liberatas.* Esse etiam *ab Adversariis veræ religionis* ea, quæ nos optimo animo & consilio fecimus, in eam partem accepta, perinde ac si ita incerti de religione nostra essemus, *eamq; toties in alias atq; alias formulas transfuderimus, ut nec nobis nec Theologis nostris constaret, quæ illa olim Augustæ Imperatori oblata Confessio esset.*

Hæc Adversariorum commenta multos bonos ab Ecclesiis, Scholis, doctrina, fide & Confessione nostra absterruerunt & abalienaverunt.

Ad hæc incommoda id etiam accessit: quòd sub prætextu Augustanæ Confessionis, dogma illud pugnans cum institutione Sacræ Cœnæ corporis & sanguinis Christi, & aliæ etiam corruptelæ passim & in Ecclesias & Scholas introducerentur.

Quæ omnia cum nonnulli pii, pacis & concordiæ amantes, præterea etiam docti Theologi animadvertissent, judicarunt calumniis illis,

[illegible] & [illegible] magisque crescentibus dissidiis in religione, recte ùs occurri non posse, quam si controversi Articuli ex Verbo Dei solide accurateque declararentur & explicarentur; *falsa dogmata rejicerentur & damnarentur: Contra autem divinitùs tradita Verità diserte & luculenter proponeretur: Ut qui sibi persuaderent, hac ratione & Adversarius silentium imponi, & simplicioribus & piis viam ac rationem certam demonstrari posse, quomodo porrò in his se dissidiis gerere, & in posterum etiam, divinâ adjuti gratia, corruptelas doctrinæ vitare possent.*

Principio igitur Theologi scripta quædam hac de re, *eaq; satis prolixa & ex Verbo DEI desumta* inter se communicarunt, *quibus disertè & dextrè ostenderunt, quomodo controversiæ illæ cum offensione Ecclesiarum conjunctæ, absq; ulla veritatis Evangelicæ jactura, sopiri & tolli è medio possent: ita enim futurum, ut Adversariis occasiones & prætextus ad calumniam quæsiti præciderentur & eriperentur.*

Postremò Articulos controversos in manus sumtos, accuratè & religiosè perpenderunt & declarârunt, adeòque scripto quodam peculiari complexi sunt, quâ viâ ac ratione dissidia illa exorta rectè & piè componi possent.

Nos autem de hoc pio Theologorum proposito facti certiores non modò id probavimus, sed

magno etiam studio ac zelo, pro ratione officii & muneris divinitus nobis esse judicavimus.

Ac proinde Nos DEI gratia Dux Saxoniæ Elector, &c. de consilio quorundam etiam aliorum Electorum & Principum in Religione nobiscum consentientium, ad provehendum pium illud, inter Doctores Ecclesiæ, Concordiæ institutum, *eximios quosdam minimèque suspectos, exercitatos etiam & singulari eruditione præditos* Theologos Torgam Anno septuagesimo sexto evocavimus.

Hi *cum fuissent congressi*, de Articulis controversis & scripto pacificationis (*cujus paulò antè meminimus*) religiosè inter se contulerunt.

Et quidem primùm precibus pus ad DEUM Opt. Max. ejusque laudem & gloriam susceptis, curâ deinde & diligentiâ singulari (juvante eos Domini Spiritu gratiæ suæ) omnia ea, quæ ad hanc deliberationem pertinere & requiri videbantur, optimo convenientissimoque ordine, scripto quodam complexi sunt.

Is *postea* Liber præcipuis *nominatis Augustanam Confessionem profitentibus* Electoribus & Principibus ac Ordinibus transmissus est. *Et peritum, ut ipsi adhibitis præstantissimis & doctissimis Theologis, solicita cura & pio zelo eum legerent, diligenter examinarent, & suam de eo sententiam & censuram*

scripsis

[illegible] comprehenderent, & pessimo de omnibus & singulis judicium suum ejusq; rationes nobis liberrimè exponerent.

Has ergò censuras cùm accepissemus, multas in iis pias & utiles commonefactiones invenimus, quomodo transmissa illa declaratio sincerae doctrinae Christianae, contra corruptelas ac depravationes, Sacrarum Literarum testimoniis muniri, & confirmari posset; ne fortè progressu temporis, sub ejus praetextu, impia dogmata occultarentur, sed sincera veritatis minimè fucatae declaratio ad posteritatem transmitteretur.

Ex his ergo, quae optimè meditata ad nos pervenerant, Liber ille piae Concordiae, *de quo diximus,* compositus, & *ea forma, quae subjicietur,* absolutus est.

Deinceps ex nostro ordine quidam (neque enim nos omnes, ut alii nonnulli, hoc tempore certas ob causas, quae obstabant, id facere poteramus,) Librum hunc omnibus & singuli, nostrarum Regionum & Ditionum Theologis, Ecclesiae & Scholarum Ministris, articulatim & distinctè recitari, *& ipsos ad diligentem accuratamq; considerationem earum doctrinae partium, quae in illo continentur, excitari* curavimus.

Cùm ergò illi declarationem controversorum Articulorum congruere inprimis quidem cum Verbo DEI, deinde Augustana Confessione, ani-

animadverterent: *promptissimo animo & testificatione suæ erga Deum gratitudinis* hunc Concordiæ librum, *ut piam & genuinam sententiam Augustanæ Confessionis exprimentem, ultro, & quidem accuratè meditatum & consideratum, receperunt*, adprobarunt, eique subscripserunt, *& de eo corde, ore & manu palam testati sunt.*

Quare pia illa pacificatio non solùm paucorum quorundam nostrorum Theologorum, sed in universum omnium & singulorum Ecclesiæ Ministrorum & Ludimoderatorum in nostris provinciis & ditionibus, consentiens & concors confessio & vocatur & perpetuò erit.

Quia verò nostræ & præclari nominis Antecessorum nostrorum primum Francofurti ad Mœnum, deinde Numburgi, pio & sincero animo susceptæ & scriptis comprehensæ conscentiones non modo eum, qui exsecrabatur, finem & pacificationem non sunt assecutæ; sed ex iis etiam à quibusdam patrocinium erroribus & falsis dogmatibus quæsitum est.

Cum tamen nobis ne in mentem quidem unquam venerit, hoc nostro scripto vel novum aliquod & falsum doctrinæ genus introducere, *integumentis commendare, confirmare, vel in minimis etiam à Confessione illa Ao 1530. Augustæ exhibita discedere*, quin potius, quotquot nostrum actionibus Numburgicis illis interfuimus, tum etiam id integrum nobis reservavimus

vavimus & promisimus insuper, ut si quid successu temporis in nostra Confessione desideraretur, aut quoties id necessitas postulare videretur, nos porrò omnia solidè & prolixè declaraturos esse: *Ideoq; hanc ipsam ob causam in hoc Libro Concordiæ ad declarationem constantis & perpetuæ voluntatis nostræ, & repetitionem Christianæ fidei & confessionis nostræ, magno & pio consensu elaboravimus.*

Ideo ne Adversariorum nostrorum calumniis de ingenio suo confictis, quibus jactant, ne nobis quidem constare, quæ sit vera & genuina illa Augustana Confessio, aliqui se turbari sinant: sed & ii, qui nunc in vivis sunt, & posteritas etiam diserte & firmiter accedatur, ac certior reddatur, quam posteritas pia Confessio sit, quam & nos, Ecclesiæ ac Scholæ nostrarum ditionum omnibus temporibus professæ & amplexæ fuerint: post sinceram & immotam Verbi DEI Veritatem, solam primam illam Augustanam Confessionem Imperatori Carolo Quinto Anno 1530. in celebribus illis Comitiis Augustanis exhibitam, (solam dicimus) nec ullam aliam amplecti nos velle luculenter testamur: cujus exempla in Archivis Antecessorum nostrorum *excellentis memoriæ, qui ipsi Carolo V. in Comitiis illis eam exhibuerunt, reposita,* per fide dignos homines, *ne quid ad accuratissimas rationes diligentiæ in nobis desideraretur,* cum eo, quod Imperatori ipsi exhibitum est, & in

Sac.

Sac. Rom. Imp. Archivo asservatur, conferri voluimus: & certi sumus, nostra & Latina, & Germanica exempla per omnia sibi conformi sententia invicem respondere. Qua etiam de causa, Confessionem illam tum exhibitam nostræ, quæ his subjicietur, declarationi, sive Libro Concordiæ, *inserere voluimus, ut omnes intelligant, quod in nostris Ditionibus, Ecclesiis & Scholis nullam aliam doctrinam ferre constitueremus, quàm quæ Augustæ Anno 1530. à commemoratis suprà Electoribus, Principibus & Imperii Ordinibus solenni Confessione approbata fuit.*

Hanc Confessionem etiam, DEO nos benè juvante, usq; ad ultimos spiritus, piè ex hac vita ad cœlestem rum prin migraturi, tenebimus: excelso & intrepido animo puraq; conscientia comparituri coram tribunali DOMINI nostri JESU CHRISTI.

Speramus itaq; Adversarios nostros posthac & nobis, & Ecclesiarum nostrarum Ministris parsuros esse, nec consuetis illis & gravissimis criminationibus usuros, nos de fide nostra nihil certi apud nos ipsos posse constituere, eamq; ob causam ferè singulis annis, imò vero mensibus novas Confessiones cudere.

Porrò quod ad alteram Augustanæ Confessionis editionem, *cujus etiam in Numburgicis Actis sit mentio*, attinet, *animadvertimus* (*quod & notum universis est*) quosdam, sub prætextu verborum posterioris illius Editionis,

nis, corruptelas in negotio Cœnæ, & alios errores contegere, & occultare voluisse: *& scriptis publicè excusis imperitæ plebeculæ obtrudere conatos: nec motos esse Augustanæ Confessionis (quæ prima exhibita est) disertis verbis, quibus errores illi palàm rejiciuntur; ex quibus etiam longè alia, quam ipsi volunt, sententia evinci potest.*

Visum igitur est Nobis, hisce literis publicè testari, & certiores facere universos, quod nec tum, ac ne nunc quidem, ullo modo voluerimus falsa & impia dogmata, & opiniones (quæ sub integumentis aliquibus verborum latere possent) defendere, excusare, aut veluti cum doctrina Evangelica consentientes approbare.

Nos sanè nunquam posteriorem editionem in ea sententia accepimus, quæ a priori illa, quæ exhibita fuit, ulla ex parte dissideret.

Nec etiam alia scripta utilia D. Philippi Melanchthonis, neq; Brentii, Urbani Regii, Pomerani & similium repudianda ac damnanda esse judicamus, quatenus cum ea norma, quæ Concordiæ libro expressa est, per omnia consentiunt.

Quanquam autem nonnulli Theologi, & in his ipse Lutherus, cùm de Cœna Dominica agerent, inviti etiam ab Adversariis ad disputationes de personali Unione duarum in Christo naturarum pertracti sint: tamen Theologi nostri in Concordiæ Libro, & ea, quæ in illo est,

sanci-

ſanioris doctrinæ norma, aſſerte teſtantur, & noſtram, & hujus libri ſententiam conſtantem, & perpetuam eſſe, pios homines in negotio Cœnæ Dominicæ ad nulla alia fundamenta, quàm Verborum Inſtitutionis Teſtamenti DOMINI noſtri JESU CHRISTI, deducendos eſſe. Nam cùm ille & Omnipotens, & Verax ſit, expeditum eſt eſſe, ea, quæ & inſtituit, & Verbo ſuo pollicitus eſt, præſtare.

Et ſanè cum hoc fundamentum ab Adverſariis impugnatum non fuerit, de aliis probandi rationibus in hoc argumenti genere non contendent, ſed in vera fidei ſimplicitate verbis apertiſſimis Chriſti firmiter inſiſtent: quæ certa tutiſſima, & erudiendis imperitis hominibus accommodatiſſima eſt: neque enim illi ea, quæ de his rebus accuratius diſputata ſunt, intelligunt.

At verò cùm illa aſſertio noſtra, & ſimplex verborum Teſtamenti Chriſti ſenſus ab Adverſariis impugnatur, & velut impius, & rationibus vera fidei repugnans rejicitur, deniq; Articulis Symboli Apoſtolici (præſertim de Filii DEI Incarnatione, Aſcenſione in cœlum, & Seſſione ad dextram omnipotentis Virtutis, & Majeſtatis DEI) contrarius, & proinde etiam falſus eſſe contenditur, vera ſolidaq; articulorum illorum interpretatione demonſtrandum eſt, noſtram illam ſententiam nec a Verbis CHRISTI, neque ab Articulis illis diſſidere.

Quod

Quod verò ad phrases & loquendi modos attinet, qui in hoc Concordiæ Libro, quando de Majestate humanæ naturæ in Personâ CHRISTI ad dextram DEI collocatæ & evectæ agitur, usurpantur; ut omnes sinistræ suspiciones & offendicula, quæ ex variâ significatione vocabuli ABSTRACTI (quemadmodum hoc nomine & Scholæ & Patres nonnunquam usi sunt) existere possent, è medio tollantur; Theologi nostri disertis & expressis verbis testatum voluni; Majestatem illam humanæ CHRISTI naturæ extra unionem personalem nequaquam asscribendam esse: nec etiam concedendum, quod humana natura eam Majestatem, vel propriam, vel per se (etiam in unione personali) essentialiter, formaliter, habitualiter, subjectivè (hæc enim, quamvis non satis latina Vocabula, Scholis placent) possideat. Nam si eam & dicendi & docendi rationem teneremus, divina & humana Naturæ, unâ cum proprietatibus suis, confunderentur, humana etiam divina, ratione essentiæ & proprietatum, exæquaretur, imò verò tota negaretur.

Sentiendum ergò esse Theologi judicant, id ratione & dispensatione hypostaticæ unionis fieri, quemadmodum doctus Antipatras ea de re cautè locutus est: quod mysterium tantum habet, ut omnes ingenii nostri intelligentiæ vires superet.

Ad condemnationes, reprobationes & rejectiones impiorum dogmatum, & ejus præsertim, quod de Sacra Cœna extitit, quod attinet: hæ sanè in hac nostra declaratione, & controversorum Articulorum solida explicatione & decisione, expresè & distinctè, non solùm eam ob causam, ut universi sibi ab his damnatis dogmatibus caverent, omninò proponendæ fuerunt, sed ob alias etiam quasdam rationes nullo modo prætermitti potuerunt: Sicut neqvaqvam consilium & institutum nostrum sit, eos homines, qvi ex qvadam animi simplicitate errant, nec tamen blasphemi in veritatem doctrinæ cœlestis sunt, multò verò minùs totas Ecclesias, qvæ vel sub Romano Imperio Nationis Germanicæ, vel alibi sunt, damnare: *Quin potius mens atq; animus noster fuerit*, hac ratione fanaticas opiniones, & earundem pervicaces Doctores & Blasphemos duntaxat (*quos in ditionibus, Ecclesiis & scholis nostris nequaquam tolerandos judicamus*) palam reprehendere & damnare: *quòd illi errores expresso Verbo Dei repugnent, & quidem ita, ut cum eo conciliari nequeant. Deinde etiam eam ob causam hoc suscepimus, ut pii omnes de his diligenter cavendis, monerentur.* Nequaquam enim dubitamus, multos pios & minimè malos homines, in iis etiam Ecclesiis, quæ hactenus non per omnia nobiscum senserunt, reperiri, qui *simplicitatem quandam suam sequantur, & negotium quidem ipsum*

nec

non probe intelligant, sed Blasphemias, qvæ contra sacram Cœnam (*qvemadmodum ea in Ecclesiis nostris secundum institutionem CHRISTI dispensatur, & juxta verba Testamenti ipsius magna bonorum omnium consensione docetur*) evomuntur, nullo modo probant.

Magna etiam in spe sumus, illos, si rectè de hiis omnibus doceantur, juvante eosdem DOMINI Spiritu, immota veritati Verbi DEI, nobiscum & cum Ecclesiis ac scholis nostris, consensuros esse. Et profecto Theologis, omnibusqve Ecclesiæ Ministris inprimis hoc negocii incumbit, ut ex Verbo DEI etiam eos, qvi ex qvadam vel simplicitate, vel inscitia a Veritate aberrarunt, de periculo salutis suæ, eâ, qvâ decet, moderatione, doceant: & contra corruptelas muniant: *ne forte, dum cæci cæcorum sunt duces, universi pereclitentur.*

Qvamobrem hoc nostro scripto, in conspectu Omnipotentis DEI, & coram tota Ecclesia testamur, nobis propositum nunqvam fuisse, hac pia Conciliationis formulâ molestiam aut periculum creare piis, qvi persecutionem hodie patiuntur. Qvemadmodum enim Christianâ charitate moti, in societatem doloris cum eis dudum venimus: ita à persecutione & gravissima tyrannide, qvæ in miseros illos maxima exercetur, ab horremus, eamqve ex animo detestamur.

Nullo etiam modo in profusionem innocentis illius sanguinis consentimus: qui haud dubie in tremendo illo DOMINI judicio, ac coram tribunali CHRISTI, a persecutoribus illis, magna severitate repetetur, & hi sane tum tyrannidis suæ gravissimas rationes reddituri ac pœnas horrendas subituri sunt.

Nostrum equidem in his (ut supra meminimus) id semper propositum fuit, ut in terris, ditionibus, Scholis & Ecclesiis nostris non alia doctrina, quam qua Verbo DEI fundata, & Augustani Confessione, tum Apologia (& ea quidem dextre in genuino suo sensu intellecta) continetur, sonaret, & accuratè proponeretur, nec pugnantes cum his opiniones admitterentur: quo sanè consilio hæc pacificationis formula instituta & absoluta fuit.

Quare denuo etiam coram DEO, & omnibus mortalibus profitemur & testamur, nos declaratione Articulorum controversorum, quorum jam aliquoties mentio facta est, non novam Confessionem, aut ab ea (quæ imper. Carolo V. felicis recordationis Anno 1530. exhibita fuit) alienam afferre: sed Ecclesias & Scholas nostras, imprimis quidem ad fontes Sacrarum Literarum & Symbola, tum ad Confessionem Augustanam, cujus ante meminimus, deducere voluisse.

Hortamur etiam severissimè, ut imprimis juventus, quæ ad sacrum Ecclesiarum & Scholarum

rum ministerium educatur, in hoc fideliter & diligenter instituantur : *ut ad posteritatem etiam nostram sincera doctrina professio, fides, quæ, ad gloriosum illum Adventum unici Redemptoris & Servatoris nostri JESU CHRISTI, (largiente hoc Sancto Spiritu) conservetur & propagetur.*

Cùm ergò hæc sic habeant, & nos de doctrina & Confessione nostra Propheticis & Apostolicis scriptis eruditi certissimus, gratiaque Sancti Spiritus mentes & consentientia nostra majorem in modum confirmata sint; Librum hunc Concordiæ *in lucem edendum putavimus.*

Videbatur enim id apprimè esse necessarium, ut inter tot nostris temporibus exortos errores, tum offendicula, certamina, & diuturnas distractiones illas, pia explicatio & conciliatio harum omnium controversiarum, è verbo DEI extructa extaret: ut secundum rationes ejus sincera doctrina à falsa internosceretur & secerneretur.

Præterea eâvis ad hoc etiam confert, ut turbulentis contentiosisque hominibus, qui ad nullam formulam purioris doctrinæ astringi se patiuntur, liberum non sit, pro suâ libidine controversias cum offendiculo conjunctas movere: & prodigiosas opiniones, & proponere, & propugnare.

Ex his enim hoc tandem consequitur, ut purior doctrina obscuretur & amittatur: ad posteritatem autem, nihil quam opiniones & ἐπ'κὰ Academica, transmittantur.

His accedit & illud, quod pro officii à DEO nobis injuncti ratione hoc nos subditis nostris debere intelligimus ut quæ ad hujus & secutura vita rationes pertinent, diligenter curemus: ac demus operam, ut quæ ad amplificationem nominis ac gloriæ DEI, & propagationem Verbi ipsius (ex quo solo salus speratur) ad pacem & tranquillitatem Ecclesiarum &, Scholarum, commoneſactiones, & consolationem perturbatarum conscientiarum faciunt, summo studio, & quidem quantum fieri potest, procuremus. Præsertim cum nobis certo constaret, à multis bonis & cordatis hominibus summi, & infimi ordinis, hoc salutare Christiana Concordia opus diu dum seriis gemitibus summoque desiderio fuisse expeditum & expectatum: Ac ne nos quidem ab initio suscepti negocii pacificationis hujus, in ea sententia fuerimus, neque etiamnum simus, hoc tam salutare, & apprime necessarium opus Concordiæ, ab hominum oculis removendum, & penitus occultandum: ac lucem illam cœlestis veritatis subter modium aut mensam ponendum esse: Quapropter editionem ejus diutius extrahere neutiquam debuimus.

Neqve dubitamus, pios omnes qvi & veritatis cœlestis & concordiæ DEO gratæ sunt amantes, unà nobiscum hoc salutare, utile, pium & perneccessarium institutum probaturos: & non commissuros esse, ut ad amplificationem gloriæ DEI & utilitatem publicam, qvæ & in æternis & temporalibus cernitur, in ipsis aliqvid vel ad summum conatum desiderari possit.

Nos certè (ut ad extremum id repetamus, cujus aliqvoties supra meminimus) hoc Concordiæ negotio neqvaqvam nova comminisci, aut à veritate doctrinæ cœlestis, qvam majores nostri, pietatis nomine celeberrimi, sicut & nos agnoverunt & professi sunt, ullo modo discedere voluimus.

Eam autem doctrinam intelligimus, qvæ ex Propheticis & Apostolicis scriptis extructa, in tribus veteribus Symbolis, Augustana Confessione, Anno 1530. Imperat. Corolo Qvinto excellentis memoriæ exhibita: Deinde Apologia, qvæ huic conjuncta fuit, Smalcaldicis Articulis, utroqve deniqve Catechismo excellentis viri Doctoris Lutheri comprehensa est.

Qvare etiam nos ne latum qvidem ungvem vel a rebus ipsis vel á phrasibus, qvæ in illa habentur, discedere, *sed juvante nos Domini Spiritu summa concordia constanter in pio hoc consensu perseveraturos esse, decrevimus: con-*

troversias omnes ad hanc veram normam & declarationem posteriorem doctrinæ examinaturi.

Deinde etiam apud animum nostrum constituimus, velle nos cum reliquis Electoribus, Principibus & Ordinibus sacri Rom. Imperii, & aliis Christianæ Reipublicæ Regibus, Principibus & Magnatibus, secundum Sacri Imper. Constitutiones & pacta conventa, (quæ nobis cum illis sunt) pacem & concordiam colere, & singulis pro dignitatis & Ordinis ratione, omnia nostra officia cum benevolentia conjuncta & deferre & exhibere.

Præterea communicatis consiliis, in hoc etiam sedulò incumbemus, ut in ditionibus nostris per diligentes Ecclesiarum & Scholarum Visitationes, & inspectiones officinarum typographicarum, & alias denique salutares rationes, observatis occasionibus & circumstantiis, quæ ex nostro & aliorum usu sint, hoc concordiæ opus magna severitate & summo studio defendamus.

Dabimus etiam operam, si vel renascantur controversiæ jam sopitæ vel nova in religionis negotio oriatur, ut ea absque longioribus & periculosis ambagibus ad præcavenda offendicula, in tempore è medio tollantur & componantur.

In cujus rei evidens testimonium, nomina nostra magno consensu subscripsimus: & sigilla etiam adjunximus.

Lu-

Ludovicus Palatinus Rheni, Elector.
Augustus Dux Saxoniæ, Elector.
Joannes Georgius Marchio Brandeburgensis, Elector.
Joachimus Fridericus Marchio Brandeburgensis, Administrator Archiepiscopatus Magdeburgensis.
Johannes Episcopus Misnensis.
Lucharius Episcopus Lubecensis, Administrator Episcopatus Verdensis.
Philippus Ludovicus Palatinus Rheni.
Friderici Wilhelmi &
Johannis Ducum Saxoniæ Tutor.
Johannis Casimiri &
Johannis Ernesti, Ducum Saxoniæ Tutores.
Georgius Fridericus Marchio Brandeburgensis.
Julius Dux Brunsvicensis & Lüneburgensis.
Otho Dux Brunsvicensis & Lüneburgensis.
Henricus Junior Dux Brunsvicensis & Lüneburgensis.
Wilhelmus Junior Dux Brunsvicensis & Lüneburgensis.
Wolfgangus Dux Brunsvicensis & Lüneburgensis.
Ulricus Dux Magalopurgensis.
Johannis &
Sigismundi Augusti Ducum Megalopurgensium Curatores.
Ludovicus Dux Wirtenbergensis.

troversias omnes ad hanc veram normam & declarationem purioris doctrinæ examinaturi.

Deinde etiam apud animum nostrum constituimus, velle nos cum reliquis Electoribus, Principibus & Ordinibus sacri Rom. Imperii, & aliis Christiana Reipublicæ Regibus, Principibus & Magnatibus, secundum Sacri Imper. Constitutiones & pacta conventa, (quæ nobis cum illis sunt) pacem & concordiam colere, & singulis pro dignitatis & Ordinis ratione, omnia nostra officia cum benevolentia conjuncta & deferre & exhibere.

Præterea communicatis consiliis, in hoc etiam sedulò incumbemus, ut in ditionibus nostris per diligentes Ecclesiarum & Scholarum Visitationes, & inspectiones officinarum typographicarum, & alias denique salutares rationes, observatis occasionibus & circumstantiis, quæ ex nostro & aliorum usu sint, hoc concordiæ opus magna severitate & summo studio defendamus.

Dabimus etiam operam, si vel renascantur controversiæ jam sopitæ vel novæ in religionis negotio oriatur, ut eæ absque longioribus & periculosis ambagibus ad præcavenda offendicula, in tempore è medio tollantur & componantur.

In cujus rei evidens testimonium, nomina nostra magno consensu subscripsimus: & sigilla etiam adjunximus.

Lu-

Ludovicus Palatinus Rheni, Elector.
Augustus Dux Saxoniæ, Elector.
Joannes Georgius Marchio Brandeburgensis, Elector.
Joachimus Fridericus Marchio Brandeburgensis, Administrator Archiepiscopatus Magdeburgensis.
Johannes Episcopus Misnensis.
Eberhardus Episcopus Lubecensis, Administrator Episcopatus Verdensis.
Philippus Ludovicus Palatinus Rheni.
Friderici Wilhelmi &
Johannis Ducum Saxoniæ Tutor.
Johannis Casimiri &
Johannis Ernesti, Ducum Saxoniæ Tutores.
Georgius Fridericus Marchio Brandeburgensis.
Julius Dux Brunsvicensis & Lüneburgensis.
Ottho Dux Brunsvicensis & Lüneburgensis.
Henricus Junior Dux Brunsvicensis & Lüneburgensis.
Wilhelmus Junior Dux Brunsvicensis & Lüneburgensis.
Wolffgangus Dux Brunsvicensis & Lüneburgensis.
Ulricus Dux Magalopurgensis.
Johannis &
Sigismundi Augusti Ducum Megalopurgensium Curatores.
Ludovicus Dux Wirtembergensis.

Ernesti &
Jacobi Marchionum Badensium Curatores.
Georgius Ernestus Comes & Dominus Hennebergensis.
Fridericus Comes Wirtembergensis & Mumpelgartensis.
Johannes Güntherus Comes Schwarcenburgensis.
Wilhelmus Comes Schwarcenburgensis.
Albertus Comes Schwarcenburgensis.
Emich Comes Leiningensis.
Philippus Comes Hanauensis.
Gottfridus Comes OEtingensis.
Georgius Comes ac Dominus in Castel.
Henricus Comes ac Dominus in Castel.
Otto Comes Hoiensis & Bruchhusensis.
Johannes Comes Oldenburgensis & Delmenhorstensis.
Johannes Hoierus Comes Mansveldensis.
Bruno Comes Mansveldensis.
Hoierus Christophorus Comes Mansveldensis.
Petrus Ernestus Junior Comes Mansfeldensis.
Christophorus Comes Mansveldensis.
Albertus Georgius Comes Stolbergensis.
Wolffgangus Ernestus Comes Stolbergensis.
Ludovicus Comes Glichensis.
Carolus Comes Glichensis.
Ernestus Comes Reinsteinnensis,
Boto Comes Reinsteinnensis.
Ludovicus Comes Leonsteinensis.

Hen-

Heinricus Baro Leimpurgenſis ſemper frei.
Georgius Baro Schönburgenſis.
Wolffgangus Baro Schönburgenſis.
Anarc Fridericus Baro Wildenfeldenſis.
Conſul & Senatus Lubecenſis.
Conſul & Senatus Lüneburgenſis.
Conſul & Senatus Hamburgenſis.
Senatus Brunſvicenſis,
Conſul & Senatus Landavienſis.
Conſul & Senatus civitatis Monaſterienſis in Valle Gregoriana.
Senatus Goslarienſis,
Conſul & Senatus Eslingenſis.
Senatus Reutlingenſis.
Conſul & Senatus Nordlingenſis.
Conſul & Senatus Rotenburgenſis ad Tuberam.
Conſul & Senatus Halæ Svevorum.
Conſul & Senatus Heilbronnenſis.
Conſul & Senatus Memmingenſis.
Conſul & Senatus Lindavienſis.
Conſul & Senatus Schweinfurtenſis.
Senatus Donawerdenſis.
Camerarii & Senatus Ratiſponenſis.
Conſul & Senatus Wimpffenſis.
Conſul & Senatus Giengenſis.
Conſul & Senatus Bopfingenſis.
Conſul & Senatus Alenſis.
Conſul & Senatus Kauffbeurenſis.

Consul & Senatus Isnensis.
Consul & Senatus Campidonensis.
Senatus Gottingensis.
Consul & Senatus Leutkirchensis.
Senatus Hildesheimensis.
Consul & Senatus Hamelensis.
Consul & Senatus Hannoverensis.
Senatus Mülhusinus.
Senatus Erfurdensis,
Senatus Eimbeccensis.
Senatus Northeimensis.

I.

TRIA SYMBOLA CATHOLICA

Seu

OECUMENICA.

SYMBOLUM APOSTOLICUM.

Credo in DEUM, Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Et in JESUM CHRISTUM, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum; Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine; Paſſus ſub Pontio Pilato: Crucifixus, mortuus & ſepultus: deſcendit ad inferna, tertia die reſurrexit à mortuis: Aſcendit ad cœlos: Sedet ad dexteram DEI Patris omnipotentis; Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos: Credo in Spiritum

Sanctum: sanctam Ecclesiam Catholicam: Sanctorum Communionem: Remissionem peccatorum: Carnis resurrectionem: Et vitam æternam, Amen.

SYMBOLUM NICENUM.

Credo in unum DEUM, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum JESUM CHRISTUM, Filium DEI unigenitum, & ex Patre natum, ante omnia secula: Deum de Deo, Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum non factum, consubstantialem Patri, per qvem omnia facta sunt. Qvi propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine: & Homo factus est: crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato, passus & sepultus est: resur-

surrexit tertiâ die, secundum Scripturas: & ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus est in gloria, judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre & Filio simul adoratur & glorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi, Amen.

SYMBOLUM ATHANASII CONTRA ARRIANOS SCRIPTUM.

QUicunque vult salvus esse ante omnia

omnia opus est, ut teneat Catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absq; dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, ut unum DEUM in Trinitate, & Trinitatem in Unitate veneremur.

Neque confundentes personas, neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti.

Sed Patris & Filii & Spiritus sancti una est Divinitas, æqualis gloria, æterna majestas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus.

Et

Et tamen non tres æterni, ſed unus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immenſi: ſed unus increatus, & unus immenſus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, ſed unus omnipotens.

Ita DEUS Pater, DEUS Filius, DEUS Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Dii, ſed unus eſt DEUS.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus S.

Et tamen non tres Domini, ſed unus eſt Dominus.

Quia ſicut ſingulatim unamquamque perſonam DEUM ac Dominum confiteri Chriſtianâ veritate compellimur.

Ita tres Deos, aut tres Dominos dicere

dicere Catholicâ religione prohibemur.

Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus; ſed genitus.

Spiritus Sanctus a Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.

Unus ergò Pater, non tres Patres. Unus Filius, non tres Filii, unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius, aut poſterius, nihil majus aut minus.

Sed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæqvales; Ita ut per omnia ſicut jam ſupra dictum eſt, & Trinitas in Unitate, & Unitas in Trinitate veneranda ſit.

Qvi vult ergo ſalvus eſſe, ita de Trinitate ſentiat.

Sed

Sed necessarium est ad æternam salutem, ut incarnationem quoque Domini nostri JESU CHRISTI *fideliter credat.*

Est ergò fides recta, ut credamus & confiteamur, quia Dominus noster JEsus Christus, DEI Filius, *Deus & homo est.*

DEUS *ex substantia Patris ante secula genitus, & homo ex substantia matris in seculo natus.*

Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit & Homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Unus autem, non conversione Divinitatis in carnem, sed assumtione humanitatis in DEUM.

Unus

Unus omninò, non confusione, substantiæ, sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo, unus est Christus.

Qui passus est pro nostra salute, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.

Adscendit ad cœlos, sedet ad dexteram DEI Patris Omnipotentis.

Inde venturus est judicare vivos & mortuos.

Ad cujus adventum, omnes homines resurgere necesse habent cum corporibus suis.

Et reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui vero mala, in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

II. Con-

II.

Confessio fidei exhibita invictiss. Imper. Carolo V. Cæsari Aug. in Comitiis Augustæ

Anno M D XXX.

I. Pars Augustanæ Confessionis, purioris doctrinæ assertionem continens Articulis 21.

ARTICULUS I.

De SS. Trinitate.

ECclesiæ magno consensu apud nos docent, Decretum Nicenæ Synodi de unitate essentiæ divinæ, & de tribus Personis, verum & sine ulla dubitatione credendum esse: Videlicet, qvod sit una essentia divina, qvæ & appellatur & est DEUS, æternus, incorporeus, impartibilis, immensa potentia, sapientia, bonitate; Creator & Conservator omnium rerum, visibilium & invisibilium; & tamen tres sint Personæ, ejusdem essentiæ, & potentiæ, & coæternæ, Pater, Filius, & Spiritus S. Et nomine *Personæ* utuntur ea significatione, qva usi sunt in hac causa Scriptores Ecclesiastici, ut significet non partem aut qvalitatem in alio, sed qvod propriè subsistit.

Damnant

Damnant omnes hæreſes, contra hunc Articulum exortas, ut Manichæos, *qvi duo principia ponebant, Bonum & Malum*: Item, Valentinianos, Arianos, Eunomianos, Mahometiſtas, & omnes horum ſimilis. *Damnant* & Samoſatenos veteres & neotericos, *qvi, cum tantum unam Perſonam eſſe contendant, de Verbo & de Spiritu Sancto aſtute & impiè rhetoricantur, qvod non ſint perſonæ diſtinctæ, ſed qvòd Verbum ſignificet verbum vocale, & ſpiritus motum in rebus creatum.*

ARTICULUS II.

De Peccato originali.

ITem docent, qvod poſt lapſum Adæ omnes homines ſecundum naturam propagati, naſcentur cum peccato, h.e. ſine metu, ſine fiducia erga DEUM & cum concupiſcentia; qvodqve hic morbus, ſeu vitium originis verè ſit peccatum, damnans & afferens nunc qvoqve æternam mortem his, qvi non renaſcuntur per Baptiſmum & Spiritum S.

Damnant Pelagianos, & alios, qvi vitium originis negant eſſe peccatum, & ut extenuent gloriam meriti & beneficiorum CHRISTI, diſputant hominem propriis viribus rationis coram DEO juſtificari poſſe.

ARTI-

ARTICULUS III.
De Christo.

ITem docent, qvod Verbum, hoc est, Filius DEI, assumserit humanam naturam in utero beatæ Mariæ Virginis, ut sint duæ naturæ, divina & humana, in unitate personæ inseparabiliter conjunctæ, unus CHRISTUS, verè DEUS, & verè homo; natus ex Virgine Maria, verè passus, crucifixus, mortuus & sepultus, ut reconciliaret nobis Patrem, & hostia esset non tantum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis. Idem descendit ad inferos, & verè resurrexit tertiâ die, deinde ascendit ad cœlos, ut sedeat ad dextram Patris, & perpetuo regnet ac dominetur omnibus Creaturis, sanctificet credentes in ipsum, misso in corda eorum Spiritu Sancto, qvi regat, consoletur ac vivificet eos, ac defendat adversus Diabolum & vim peccati. Idem CHRISTUS, palam est rediturus, ut judicet vivos & mortuos, &c. juxta Symbolum Apostolorum.

ARTICULUS IV.
De Justificatione.

ITem docent, *qvod homines non possint justificari coram DEO propriis viribus, meritis aut operibus*, sed gratis justificentur propter CHRISTUM

STUM per fidem, cum credunt se in gratiam recipi, & peccata remitti propter CHRISTUM, qvi sua morte pro nostris peccatis satisfecit. Hanc fidem imputat DEUS pro justitia coram ipso, *Rom. 3. & 4.*

ARTICULUS V.
De Ministerio verbi & Sacramentorum.

UT hanc fidem conseqvamur, institutum est Ministerium docendi Evangelii & porrigendi Sacramenta. Nam per Verbum & Sacramenta, tanqvam per instrumenta, donatur Spiritus Sanctus, qvi fidem efficit, ubi & qvando visum est DEO, in iis, qvi audiunt Evangelium, scilicet, qvòd DEUS non propter nostra merita, sed propter CHRISTUM justificet hos, qvi credunt, se propter CHRISTUM in gratiam recipi.

Damnant Anabaptistas & alios, qvi sentiunt, Spiritum Sanctum contingere sine Verbo externo hominibus per ipsorum praparationes & opera.

ARTICULUS VI.
De Bonis Operibus.

ITem docent, qvod fides illa debeat bonos fructus parere, & qvod oporteat bona opera, mandata

data a DEO, facere, propter Voluntatem DEI, non ut confidamus per ea opera justificationem coram DEO mereri. Nam remissio peccatorum & justificatio fide apprehenditur, sicut testatur & vox CHRISTI: Cum feceritis hæc omnia, dicite: servi inutiles sumus. Idem docent & veteres Scriptores Ecclesiastici. Ambrosius enim inquit: Hoc constitutum est a DEO, ut qui credit in CHRISTUM, salvus sit, sine opere, solâ fide, gratis accipiens remissionem peccatorum.

ARTICULUS VII.
De Ecclesia.

ITem docent, quòd una sancta Ecclesia perpetuò mansura sit. *Est autem Ecclesia congregatio sanctorum, in qua Evangelium recte docetur, & recte administrantur Sacramenta.* Et ad veram unitatem Ecclesiæ satis est consentire de doctrina Evangelii & administratione Sacramentorum. Nec necesse est, ubique esse similes traditiones humanas, seu ritus aut ceremonias, ab hominibus institutas. Sicut inquit Paulus; Una fides, unum baptisma: unus DEUS & Pater omnium, &c.

ARTICULUS VIII.
De Hypocritis & malis Ecclesiæ Ministris.

QVanqvam Ecclesia propriè sit congregatio sanctorum, & verè credentium, tamen cùm in

in hac vita multi hypocritæ & mali admixti ſint, licet uti Sacramentis, qvæ per malos adminiſtrantur, juxta vocem CHRISTI: Sedent Scribæ & Phariſæi in cathedra Moſi, &c. Et Sacramenta, & Verbum propter ordinationem & mandatum CHRISTI ſunt efficacia, etiamſi per malos exhibeantur.

Damnant Donatiſtas & ſimiles, qvi negabant licere uti miniſterio malorum in Eccleſia, & ſentiebant miniſterium malorum inutile & inoffi-cax eſſe.

ARTICULUS IX.
De Baptiſmo.

DE Baptiſmo docent, qvod ſit neceſſarius ad ſalutem, qvodqve per Baptiſmum offeratur gratia DEI, & qvod pueri ſint baptiſandi, qvi per Baptiſmum oblati DEO recipiantur in gratiam.

Damnant Anabaptiſtas, qvi improbant Baptiſmum puerorum & affirmant pueros ſine Baptiſmo ſalvos fieri.

ARTICULUS X.
De Sancta Cœna.

DE Cœna DOMINI docent, qvod corpus & ſangvis CHRISTI verè adſint, & diſtribuantur veſcentibus in Cœna DOMINI; & *improbant ſecus docentes.*

ARTI-

ARTICULUS XI.

De Confessione.

DE Confessione docent, qvod Absolutio privata in Ecclesiis retinenda sit, qvanqvam in Confessione non sit necessaria omnium delictorum enumeratio. Est enim impossibilis, juxta Psalmum: *Delicta qvis intelligit?*

ARTICULUS XII.

De Pœnitentia.

DE Pœnitentia docent, qvòd lapsis post Baptismum contingere possit remissio peccatorum qvocunqve tempore, cùm convertuntur: Et qvod Ecclesia talibus redeuntibus ad Pœnitentiam, Absolutionem impertiri debeat. Constat autem Pœnitentia propriè *hæ duabus partibus*; Altera est, *contritio* seu terrores incussi conscientiæ agnito peccato: Altera est *fides*, qvæ concipitur ex Evangelio, seu Absolutione, & credit propter CHRISTUM remitti peccata, & consolatur conscientiam, & exterretribus liberat. Deinde sequi debent *bona opera*, qvæ sunt *fructus* pœnitentiæ.

Damnant Anabaptistas, qvi negant, semel justificatos posse amittere Spiritum Sanctum: Item, qvi contendunt, qvosdam tantam perfectionem in hac vita contingere, ut peccare non possint. Damnantur & Novatiani, qvi negabant

in hac vita multi hypocritæ & mali admixti ſint, licet uti Sacramentis, qvæ per malos adminiſtrantur, juxta vocem CHRISTI: Sedent Scribæ & Phariſæi in cathedra Moſi, &c. Et Sacramenta, & Verbum propter ordinationem & mandatum CHRISTI ſunt efficacia, etiamſi per malos exhibeantur.

Damnant Donatiſtas & ſimiles, qvi negabant licere uti miniſterio malorum in Eccleſia, & ſentiebant miniſterium malorum inutile & ineffi-cax eſſe.

ARTICULUS IX.
De Baptiſmo.

DE Baptiſmo docent, qvod ſit neceſſarius ad ſalutem, qvodqve per Baptiſmum offeratur gratia DEI, & qvod pueri ſint baptiſandi, qvi per Baptiſmum oblati DEO recipiantur in gratiam.

Damnant Anabaptiſtas, qvi improbant Baptiſmum puerorum & affirmant pueros ſine Baptiſmo ſalvos fieri.

ARTICULUS X.
De Sancta Cœna.

DE Cœna DOMINI docent, qvod corpus & ſangvis CHRISTI verè adſint, & diſtribuantur veſcentibus in Cœnâ DOMINI; & *improbant ſecus docentes.*

ARTI-

ARTICULUS XI.

De Confessione.

De Confessione docent, qvod Absolutio privata in Ecclesiis retiuenda sit, qvanqvam in Confessione non sit necessaria omnium delictorum enumeratio. Est enim impossibilis, juxta Psalmum: *Delicta qvis intelligit?*

ARTICULUS XII.

De Pœnitentia.

De Pœnitentia docent, qvòd lapsis post Baptismum contingere possit remissio peccatorum qvocunqve tempore, cùm convertuntur: Et qvod Ecclesia talibus redeuntibus ad Pœnitentiam, Absolutionem impertiri debeat. Constat autem Pœnitentia propriè *his duabus partibus*; Altera est, *contritio* seu terrores incussi conscientiæ agnito peccato: Altera est *fides*, qvæ concipitur ex Evangelio, seu Absolutione, & credit propter CHRISTUM remitti peccata, & consolatur conscientiam, & ex terroribus liberat. Deinde seqvi debent *bona opera*, qvæ sunt *fructus* pœnitentiæ.

Damnant Anabaptistas, qvi negant, semel justificatos posse amittere Spiritum Sanctum: Item, qvi contendunt, qvibusdam tantam perfectionem in hac vita contingere, ut peccare non possint. Damnantur & Novatiani, qvi nole-

bant absolvere lapsos post Baptismum redeuntes ad pœnitentiam. Rejiciuntur & isti, qui non docent, remissionem peccatorum per fidem contingere, sed jubent nos mereri gratiam per satisfactiones nostras.

ARTICULUS XIII.
De Usu Sacramentorum.

DE Usu Sacramentorum docent, qvòd Sacramenta instituta sint, non modò ut sint notæ professionis inter homines, sed magis ut sint signa & testimonia voluntatis DEI erga nos, ad excitandam & confirmandam fidem in his, qvi utuntur, proposita. Itaque utendum est Sacramentis ita, ut fides accedat, quæ credat promissionibus, qvæ per Sacramenta exhibentur & ostenduntur.

Damnant igitur illos, qvi docent, qvòd Sacramenta ex opere operato justificent, nec docent fidem requiri in usu Sacramentorum, qva credat remitti peccata.

ARTICULUS XIV.
De Ministerio seu Ordine Ecclesiastico.

DE Ordine Ecclesiastico docent, qvod nemo debeat in Ecclesia publicè docere, aut Sacramenta administrare, nisi ritè vocatus.

ARTI

Articulus XV.

De Ritibus Ecclesiasticis.

De Ritibus Ecclesiasticis docent, qvòd Ritus illi servandi sint, qvi sine peccato servari possunt, & prosunt ad tranquillitatem & bonum ordinem in Ecclesia, sicut certæ feriæ, festa & similia. De talibus rebus tamen admonentur homines, ne conscientiæ onerentur, tanqvam talis cultus ad salutem necessarius sit.

Admonentur etiam, qvòd traditiones humanæ ad placandum DEUM, ad promerendam gratiam, & satisfaciendum pro peccatis, adversentur Evangelio & doctrinæ fidei. *Qvare vota & traditiones de cibis & diebus, &c. instituta ad promerendam gratiam & satisfaciendum pro peccatis, inutiles sint, & contra Evangelium.*

Articulus XVI.

De Rebns Civilibus.

De Rebus Civilibus docent, qvòd legitimæ ordinationes civiles sint bona opera DEI, qvòd Christianis liceat gerere Magistratus, exercere judicia, judicare res ex Imperatoriis & aliis præsentibus legibus, supplicia jure constituere, jure bellare, militare, lege contrahere, tenere proprium, jusjurandum postulantibus Magistratibus dare, ducere uxorem, nubere.

Damnant Anababtiſtas, qvi interdicunt hac civilia officia Chriſtianis; Damnant & illos, qui Evangelicam perfectionem non collocant in timore DEI & fide, ſed in deſerendis civilibus officiis; quia Evangelium tradit juſtitiam æternam cordis: Interim non diſſipat Politiam aut Oeconomiam, ſed maximè poſtulat conſervare tanquam ordinationes DEI, & in talibus ordinationibus exercere charitatem. Itaque neceſſario debent Chriſtiani obedire Magiſtratibus ſuis & legibus. Niſi cum jubent peccare, tunc etiam magis debent obedire DEO, qvàm hominibus, Actor. 5.

ARTICULUS XVII.

De Extremo Judicio.

ITem docent, quod CHRISTUS apparebit in conſummatione Mundi ad judicandum, & mortuos omnes reſuſcitabit, piis & electis dabit vitam æternam, & perpetua gaudia, impios autem homines ac Diabolos condemnabit, ut ſine fine crucientur.

Damnant Anababtiſtas, qui ſentiunt, hominibus damnatis ac Diabolis finem pœnarum futurum eſſe. Damnant & alios, qui nunc ſpargunt Judaicas opiniones, qvod ante reſurrectionem mortuorum, pii regnum mundi occupaturi ſint, ubiq; oppreſſis impiis.

AR-

Articulus XIIX.

De Libero Arbitrio.

De Libero Arbitrio docent, qvòd humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam civilem juſtitiam, & deligendas res rationi ſubjectas. Sed non habet vim ſine Spiritu Sancto efficiendæ Juſtitiæ DEI, ſeu Juſtitiæ ſpiritualis: quia animalis homo non percipit ea, qvæ ſunt Spiritus DEI: ſed hæc ſit in cordibus, cum per verbum Spiritus Sanctus concipitur. Hæc totidem verbis dicit Auguſtinus Lib. 5. Hypognoſticon: *Eſſe fatemur Liberum Arbitrium omnibus hominibus, habens quidem judicium rationis, non per quod ſit idoneum in iis, qvæ ad DEUM pertinent, ſine DEO aut inchoare, aut certè peragere, ſed tantùm in operibus vitæ præſentis tum bonis, quàm etiam malis: bonis dico, qua de bono naturæ oriuntur, id eſt, velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, uxorem velle ducere, pecora nutrire, artem diſcere diverſarum rerum bonarum, velle quicquid bonum ad præſentem pertinet vitam. Qva omnia non ſine divino gubernaculo ſubſiſtunt, imò ex ipſo & per ipſum ſunt, & eſſe cæperunt: Malis vero dico, ut eſt velle idolum colere, velle homicidium, &c.*

Damnant Pelagianos, & alios, qui docent, quod ſine Spiritu Sancto, ſolis naturæ viribus, poſſimus DEUM ſuper omnia diligere: Item Præcepta DEI facere, quoad ſubſtantiam actuum *Quanquam enim externa opera aliquo modo efficere natura poſſit, poteſt enim continere manus à furto, à cæde: tamen interiores motus non poteſt efficere, ut timorem DEI, fiduciam erga DEUM, caſtitatem, patientiam, &c.*

ARTICULUS XIX.

De Cauſa Peccati.

DE Cauſa Peccati docent, quod, tametſi DEUS creat & conſervat naturam, tamen cauſa peccati eſt voluntas malorum, videlicet, Diaboli, & impiorum, quæ non adjuvante DEO, avertit ſe à DEO, ſicut CHRISTUS ait, Joh. 8. Cum loquitur mendacium, ex ſeipſo loquitur.

ARTICULUS XX.

De Fide & bonis Operibus.

FAlsò accuſantur noſtri, quòd bona opera prohibeant. Nam ſcripta eorum, quæ extant de decem Præceptis, & alia ſimili argumento, teſtantur, quod utiliter docuerint de omnibus vitæ generibus & officiis, quæ genera vitæ, quæ opera in qualibet vocatione DEO placeant. *De quibus rebus olim parùm docebant Concionatores*

tores, tantùm puerilia & non necessaria opera urgebant, ut certas ferias, certa jejunia, fraternitates, peregrinationes, cultus Sanctorum, Rosaria, Monachatum, & similia. Hac Adversarii nostri admoniti nunc dediscunt, nec perinde prædicant hæc inutilia opera ut olim. Præterea incipiunt fidei mentionem facere, de qva olim mirum erat silentium. Docent, nos non tantùm operibus justificari, sed conjungunt, fidem & opera, & dicunt, nos fide & operibus justificari. Qva doctrina tolerabilior est priore, & plus afferre potest consolationis, qvam vetus ipsorum doctrina.

Cum igitur doctrina de fide, qvam oportet in Ecclesia præcipuam esse, tàm diu jacuerit ignota, *qvemadmodum fateri omnes necesse est, de fidei justitia altissimum silentium fuisse in concionibus, tantùm doctrinam operum versatam esse in Ecclesiis*, nostri de fide admonuerunt Ecclesias:

Principiò, qvod opera nostra non possint reconciliare DEUM, aut mereri remissionem peccatorum, & gratiam & justificationem, sed hanc tantùm fide consequimur, credentes, qvòd propter CHRISTUM recipiamur in gratiam, qvi solus positus est Mediator & propitiatorium, per qvem reconcilietur pater.

Itaqve qvi confidit, operibus se mereri gratiam, is aspernatur CHRISTI meritum & gratiam, & qværit sine CHRISTO humanis viribus

viam ad DEUM, cum CHRISTUS de ſe dixerit: Ego ſum via, veritas & vita.

Hæc doctrina de fide ubique in Paulo tractatur, Eph. 2. Gratia ſalvi facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, DEI donum eſt, non ex operibus, &c.

Et ne qvis cavilletur, à nobis novam Pauli interpretationem excogitari, tota hæc cauſa habet teſtimonia Patrum. *Nam Auguſtinus multis voluminibus defendit gratiam & juſtitiam fidei contra merita operum.* Et ſimilia docet Ambroſius de vocatione Gentium, & alibi. Sic enim inquit de vocatione Gentium: *Vileſceret redemptio ſanguinis CHRISTI, nec miſericordia DEI humanorum operum prærogativa ſuccumberet, ſi juſtificatio, qua fit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur, ut non munus largientis, ſed merces eſſe operantis.*

Qvanqvam autem hæc doctrina contemnitur ab imperitis, tamen experiuntur piæ ac pavidæ conſcienriæ, plurimum etiam conſolationis afferre, quia conſcientiæ non poſſunt reddi tranquillæ per ulla opera, ſed tantùm fide, cum certò ſtatuunt, quod propter CHRISTUM habeant placatum DEUM. Qvemadmodum Paulus docet, *Rom. 5. Juſtificati per fidem pacem habemus apud DEUM.* Tota hæc doctrina ad illud certamen perterrefactæ conſcientiæ referenda eſt, nec ſine illo certamine intelligi poteſt. Qvare male judicant de ea re homines imperiti, & pro-

& prophani, qvi Christianam justitiam nihil esse somniant, nisi civilem & Philosophicam justitiam.

Olim vexabantur conscientia doctrina operum, non audiebant ex Evangelio consolationem. Quosdam conscientia expulit in desertum, in Monasteria, sperantes ibi se gratiam merituros esse per vitam Monasticam: alii alia excogitaverunt opera, ad promerendam gratiam & satisfaciendum pro peccatis. Ideo magnopere fuit opus hanc doctrinam de fide in CHRISTUM tradere & renovare, ne deesset consolatio pavidis conscientiis, sed scirent fide, in CHRISTUM apprehendi gratiam & remissionem peccatorum & justificationem.

Admonentur etiam homines, qvòd hîc nomen fidei non significet tantùm historiæ notitiam qvalis est impiis & Diabolo, sed significet fidem, qvæ credit non tantùm historiam, sed etiam effectum historiæ, videlicet hunc articulum, remissionem peccatorum, qvòd videlicet per CHRISTUM habeamus gratiam, justitiam & remissionem peccatorum.

Jam qvi scit, se per CHRISTUM habere propitium Patrem, is verè novit DEUM, scit, se ei curæ esse, invocat eum. Deniqve non est sine DEO sicut gentes. Nam Diaboli & impii non possunt hunc Articulum credere, remissionem peccatorum. Ideò DEUM tanqvam hostem oderunt, non invocant eum, nihil boni ab eo

expectant. *Augustinus etiam de fidei nomine hoc modo admonet lectorem, & docet, in scripturis nomen fidei accipi, non pro notitia, qvalis est in impiis, sed pro fiducia, qva consolatur & erigit perterrefactas mentes.*

Præterea docent nostri. qvod necesse sit, bona opera facere, non ut confidamus per ea gratiam mereri, sed propter voluntatem DEI. Tantùm fide apprehenditur remissio peccatorum ac gratia. Et qvia per fidem accipitur Spiritus S. jam corda renovantur, & induunt novos affectus, ut parere bona opera possint. *Sic enim Ambrosius: Fides bona voluntatis, & justa actionis genitrix est.* Nam humanæ vires, sine Spiritu Sancto, plenæ sunt impiis affectibus, & sunt imbecilliores, qvam ut bona opera possint efficere coram DEO. Adhæc sunt in potestate Diaboli, qvi impellit homines ad varia peccata, ad impias opiniones, ad manifesta scelera. Qvemadmodū est videre in Philosophis, qvi & ipsi conati honestè vivere, tamen id non potuerunt efficere, sed contaminati sunt multis manifestis sceleribus. Talis est imbecillitas hominis, cum est sine fide & sine Spiritu Sancto, & tantum humanis viribus se gubernat.

Hinc facilè apparet, hanc doctrinam non esse accusandam, qvod bona opera prohibeat, sed multo magis laudandam, qvod ostendit, qvomodo bona opera facere possimus. Nam sine fide nullo modo potest humana natura primi

ant

aut secundi præcepti opera facere, sine fide non invocat DEUM, à DEO nihil expectat, non tolerat crucem, sed quærit humana præsidia, confidit humanis præsidiis. Ita regnant in corde omnes cupiditates, & humana consilia, cum abest fides & fiducia erga DEUM. Quare & Christus dixit: Sine me nihil potestis facere, Joh. 15. Et Ecclesia canit: Sine tuo numine, nihil est in homine, nihil est innoxium.

ARTICULUS XXI.
De cultu Sanctorum.

DE cultu Sanctorum docent, quod memoria Sanctorum proponi potest, ut imitemur fidem eorum, & bona opera juxta vocationem. *Ut Cæsar imitari potest exemplum Davidis in bello gerendo ad depellendos Turcas à Patria. Nam uterq; Rex est.* Sed Scriptura non docet invocare Sanctos seu petere auxilium à Sanctis. Quia unum CHRISTUM nobis proponit Mediatorem, propitiatorium, Pontificem & Interpellatorem. Hic invocandus est, & promisit se exauditurum esse preces nostras, & hunc cultum maximè probat, videlicet, ut invocetur in omnibus afflictionibus. *1. Joh. 2. Si quis peccat, habemus Advocatum apud DEUM, &c.*

Hæc ferè summa est doctrina apud nos, in qua cerni potest, nihil in esse, quod discrepet à Scri-

piuris, vel ab Ecclesia Catholica, vel ab Ecclesia Romana, quatenus ex Scriptoribus nota est. Quod cum ita sit, inclementer judicant isti, qui nostros pro hæreticis haberi postulant. Sed dissensio est de quibusdam abusibus, qui sine certa autoritate in Ecclesias irrepserunt, in quibus etiam si qua esset dissimilitudo, tamen decebat hac lenitas Episcopos, ut propter Confessionem, quam modò recensuimus, tolerarent nostros; quia ne Canones quidem tam duri sunt, ut eosdem ritus ubique esse postulent, neque similes unquam omnium Ecclesiarum ritus fuerunt. Quanquàm apud nos magna ex parte veteres ritus diligenter servantur. Falsa enim calumnia est quòd omnes ceremoniæ, omnia vetera instituta in Ecclesiis nostris aboleantur. Verùm publica querela fuit, abusus quosdam in vulgaribus ritibus hærere. Hi, quia non poterant bona conscientia probari, aliqua ex parte correcti sunt.

Altera pars Augustanæ Confessionis, abusuum in Ecclesiam sub Papatu invectorum emendationem describens Articulis septem.

Cum Ecclesiæ apud nos de nullo Articulo fidei dissentiant ab Ecclesia Catholica, tantùm paucos quosdam abusus omittant, qui novi sunt,

sunt, & contra voluntatem Canonum vitio temporum recepti, rogamus, ut Cæsarea Majestas clementer audiat, & quid sit mutatum, & quæ fuerint causæ, quò minus coactus sit populus illos abusus contra conscientiam observare. Nec habeat fidem Cæsarea Majestas istis, qui, ut inflamment odia hominum adversus nostros, miras calumnias spargunt in populum.

Hoc modo irritatis animis bonorum virorum initio præbuerunt occasionem huic dissidio, & eadem arte conantur nunc augere discordias. Nam Cæsarea Majestas haud dubiè comperiet, tolerabilem esse formam & doctrinæ & ceremoniarum apud nos, quam qualem homines iniqui & malevoli describunt. Porrò veritas ex vulgi rumoribus aut maledictis inimicorum colligi non potest. Facilè autem hoc judicari potest, nihil magis prodesse ad dignitatem ceremoniarum conservandam, & alendam reverentiam ac pietatem in populo, quàm si ceremoniæ ritè fiant in Ecclesiis.

ARTICULUS I.

Abusuum Pontificiorum.

De utraq; Specie.

LAicis datur utraqve species Sacramenti in Cœna Domini: qvia hic mos habet mandatum Domini, Matth. 26. Bibite ex hoc omnes. Ubi manifestè præcepit CHRISTUS de poculo,

ut omnes bibant: & ne qvis possit cavillari, qvod hoc ad Sacerdotes tantum pertineat, Paulus ad Corinthios exemplum recitat, in qvo apparet, totam Ecclesiam utraqve specie usam esse.

Et diu mansit hic mos in Ecclesia, nec constat, qvando aut qvo Autore mutatus sit, tameisi Cardinalis Cusanus recitet, qvando sit approbatus. Cyprianus aliqvot locis testatur, populo sanguinem datum esse. Idem testatur Hieronymus, qvi ait, Sacerdotes Eucharistia ministrant, & sanguinem CHRISTI populis dividunt. Imò Gelasius Papa mandat, ne dividatur Sacramentum, Dist. 2. de consecratione, cap. Comperimus. Tantum consvetudo non ita vetus aliud habet. Constat autem qvòd consvetudo contra mandata DEI introducta, non sit probanda, *ut testantur Canones Dist. 8. cap. Veritate, cum seqventibus.* Hæc vero consvetudo non solum contra scripturam, sed etiam contra veteres Canones & exemplum Ecclesiæ recepta est. Qvare ii qvi maluerunt utraq; specie Sacramenti uti, non fuerunt cogendi, ut aliter facerent cum offensione conscientiæ.

Et qvia divisio Sacramenti non convenit cum institutione CHRISTI, solet apud nos omitti processio, qvæ hactenus fieri solita est.

Articulus II.

Abusum.

De Conjugio Sacerdotum.

PUblica qverela fuit de exemplis Sacerdotum, qvi non continebant. *Qvam ob causam & Pius Papa dixisse fertur, fuisse aliqvas causas, cur ademptum sit Sacerdotibus conjugium, sed multo majores esse causas, cur reddi debeat: Sic enim scribit Platina.* Cum igitur Sacerdotes apud nos publica illa scandala vitare vellent, duxerunt Uxores, ac docuerunt, qvod liceat ipsis contrahere matrimonium. *Primum*, qvia Paulus dicit: Unusqvisqve habeat Uxorem suam propter fornicationem. Item, melius est nubere, qvam uri. *Secundò* Christus inqvit: Non omnes capiunt verbum hoc. Ubi docet, non omnes homines ad cœlibatum idoneos esse, qvia DEUS creavit hominem ad procreationem, Genes. 1. Nec est humanæ potestatis, sine singulari dono & opere DEI, creationem mutare. Igitur qvi non sunt idonei ad cœlibatum, debent contrahere matrimonium. Nam mandatum DEI, & ordinationem DEI nulla lex humana, nullum votum tollere potest. Ex his causis docent Sacerdotes, sibi licere uxores ducere.

Constat etiam, in Ecclesia veteri Sacerdotes fuisse maritos. Nam & Paulus ait, Episcopum eligendum esse, qvi sit maritus. *Et in Germania pri-*

primum ante annos quadringentos, Sacerdote vi coacti ſunt ad cœlibatum, qui quidem adeo adverſati ſunt, ut Archi-Epiſcopus Moguntinus publicaturus edictum Rom. Pontificis de ea re, penè ab iratis Sacerdotibus per tumultum oppreſſus ſit. Et res geſta eſt tam inciviliter, ut non ſolùm impoſterum conjugia prohiberentur, ſed etiam præſentia, contra omnia Jura divina & humana, contra ipſos etiam Canones, factos non ſolum a Pontificibus, ſed à laudatiſſimis Synodis, diſtraherentur.

Et cum ſeneſcente Mundo, paulatim natura humana fiat imbecillior, convenit proſpicere, ne plura vitia ſerpant in Germaniam. *Porro* DEUS inſtituit Conjugium, ut eſſet remedium humanæ infirmitatis. *Ipſi Canones veterem rigorem interdum poſterioribus temporibus propter imbecillitatem hominum laxandum eſſe dicunt, quod optandum eſt, ut fiat & in hoc negotio. Ac videntur Eccleſiis aliquando defuturi Paſtores, ſi diutius prohibeatur Conjugium.*

Cum autem extet mandatum DEI, cum mos Eccleſiæ notus ſit, cum impurus cœlibatus plurima pariat ſcandala, adulteria, & alia ſcelera, digna animadverſione boni Magiſtratus: tamen mirum eſt, nulla in re majorem exerceri ſævitiam, qvam adverſus Conjugium Sacerdotum. DEUS præcipit honore afficere Conjugium: Leges in omnibus Rebuspublicis benè conſtitutis, etiam apud Ethnicos, maximis honoribus

ornaverunt. At nunc capitalibus pœnis excruciantur, & quidem Sacerdotes, contra Canonum voluntatem, nullam aliam ob causam, nisi propter Conjugium. Paulus vocat doctrinam dæmoniorum, quæ prohibet Conjugium, 1. Tim. 4. Id facilè nunc intelligi potest, cum talibus suppliciis prohibitio Conjugii defenditur.

Sicut autem nulla lex humana potest mandatum DEI tollere, ita nec votum potest tollere mandatum DEI. *Proinde etiam Cyprianus suadet, ut mulieres nubant, quæ non servant promissam castitatem. Verba ejus sunt hæc, lib. 1. epistola 11. Si autem perseverare nolunt, aut non possunt, melius est, ut nubant, quam ut in ignem delicijs suis cadant, certè nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant.* Et æqvitate quadam utuntur ipsi Canones erga hos, qvi ante justam ætatem voverunt, quomodo ferè hactenus fieri consvevit.

ARTICULUS III.

Abusuum.

De Sacrificio Missæ.

FAlso accusantur Ecclesiæ nostræ, quòd Missam aboleant, retinetur enim missa apud nos, & summa reverentia celebratur. Servantur & usitatæ ceremoniæ ferè omnes, *præterquam quòd Latinis cantionibus admiscentur ali-*

alicubi Germanica, qvæ addita sunt ad docendum populum. Nam ad hoc unum opus est ceremoniis, ut doceant imperitos. Et non modo Paulus præcipit uti lingva intellecta populo in Ecclesia, sed etiam ita constitutum est humano jure.

Assvefit populus, ut unà utantur Sacramento, si qvi sunt idonei: id qvoqve auget reverentiam ac religionem publicarum ceremoniarum. Nulli enim admittuntur, nisi antea explorati. Admonentur etiam homines de dignitate & usu Sacramenti, qvantam consolationem afferat pavidis conscientiis, ut discant DEO credere, & omnia bona à DEO expectare, & petere. Hic cultus delectat DEUM, talis usus Sacramenti alit pietatem erga DEUM. Itaqve non videntur apud Adversarios Missæ majore religione fieri, qvam apud nos.

Constat autem, hanc qvoqve publicam & longè maximam qverelam omnium bonorum virorum diu fuisse: qvod Missæ in præter prophanarentur, collata ad qvæstum. Neq; enim obscurum est, qvàm latè patent hic abusus in omnibus templis, à qvibus celebrantur Missæ, tantùm propter mercedem aut stipendium, qvàm multi contra interdictum Canonum celebrent. Paulus autem graviter minatur his, qvi indignè tractant Eucharistiam, cùm ait: Qvi ederit panem hunc, aut biberit Calicem DOMINI indignè, reus erit Corporis & Sanguinis

DO-

DOMINI. Itaqve cum apud nos admonerentur Sacerdotes de hoc peccato, desierunt apud nos privata Missa, cum fere nulla privata Missa nisi qvæstus causa fierent.

Neqve ignoraverunt hos abusus Episcopi, qvi si correxissent eos in tempore, minus nunc esset dissensionum, Antea sua dissimulatione multa vitia passi sunt in Ecclesiam serpere. Nunc serò incipiunt qveri de calamitatibus Ecclesiæ, cum hic tumultus non aliunde sumserit occasionem, qvam ex illis abusibus, qvi tam manifesti erant, ut tolerari amplius non possent. Magnæ dissensiones de Missa, de Sacramento extiterunt. Fortasse dat pœnas Orbis tam diuturnæ prophanationis Missarum, qvam in Ecclesiis tot seculis toleraverunt isti, q[illegible]mendare & poterant, & debebant. Nam in Decalogo scriptum est: Qvi DEI nomine abutitur, non erit impunitus. *At abinitio mundi nulla res divina ita videtur unqvam ad qvæstum collata fuisse, ut Missa.* Accessit opinio, qvæ auxit privatas Missas in infinitum, videlicet, qvod CHRISTUS sua passione satisfecerit pro peccato originis, & instituerit Missam, in qva fieret oblatio pro qvotidianis delictis, mortalibus & venialibus. Hinc manavit publica opinio, qvod Missa sit opus delens peccata vivorum & mortuorum ex opere operato. *Hinc cæptum est disputari, utrum una Missa dicta pro pluribus, tantundem valeat, qvantum singula pro singulis. Hac disputatio*

pepe-

peperit istam infinitam multitudinem Missarum.

De his opinionibus nostri admonuerunt, qvòd dissentiant a Scripturis sanctis, & lædant gloriam passionis CHRISTI. Nam passio CHRISTI fuit oblatio & satisfactio, non solùm pro culpa originis, sed etiam pro omnibus reliquis peccatis, *ut ad Hebræos scriptum est: Sanctificati sumus per oblationem JESU CHRISTI semel. Item, unâ oblatione consummavit in perpetuum sanctificatos. Item, Scriptura docet: Nos coram DEO justificari per fidem in CHRISTUM, cum credimus, nobis remitti peccata propter CHRISTUM.* Jam si Missa delet peccata vivorum & mortuorum ex opere operato, contingit justificatio ex opere Missarum, non ex fide, qvod Scriptura non patitur.

Sed CHRISTUS jubet facere in sui memoriam, quare Missa instituta est, ut fides in iis, qvi utuntur Sacramento, recordetur, qvæ beneficia accipiat per CHRISTUM, & erigat, & consoletur pavidam conscientiam. Nam id est meminisse CHRISTI, beneficia meminisse, ac sentire, qvòd verè exhibeantur nobis. Nec satis est historiam recordari, quia hanc etiam Judæi & impii recordari possunt. Est igitur ad hoc facienda Missa, ut ibi porrigatur Sacramentum his, quibus opus est consolatione, *sicut Ambrosius ait: quia semper pecco, semper debeo accipere Medicinam.*

Cùm

Cùm autem missa sit talis communicatio Sacramenti, servatur apud nos una communis missa, singulis feriis, atqve aliis etiam diebus, si qvi Sacramento velint uti, ubi porrigitur Sacramentum his, qvi petunt. Neqve hic mos in Ecclesia novus est. Nam veteres ante Gregorium non faciunt mentionem privatæ missæ. De Communi missâ plurimum loqvuntur. *Chrysostomus ait: Sacerdotem qvotidie stare ad altare, & alios ad communionem accersere, alios arcere. Et ex Canonibus veteribus apparet, unum aliqvem celebrasse missam, à qvo reliqvi presbyteri & diaconi sumserunt corpus Domini. Sic enim sonant verba Canonis Niceni: accipiant Diaconi secundùm ordinem post presbyteros ab Episcopo vel à presbytero sacram communionem. Et Paulus de communione jubet, ut alii alios expectent, ut fiat communis participatio.*

Postqvam igitur missa apud nos habet exemplum Ecclesiæ, ex Scriptura & Patribus, confidimus improbari eam non posse, maximè cum publicæ ceremoniæ, magna ex parte similis usitatis serventur; tantùm numerus missarum est dissimilis, qvem propter maximos & manifestos abusus certè moderari prodesset. *Nam olim etiam in Ecclesiis frequentissimus non fiebat qvotidie missa, ut testatur historia Tripartita lib. 9. cap. 38. Rursus autem in Alexandria qvarta & sexta feria Scriptura leguntur, easqve Doctores*

res interpretantur, & omnia fiunt prater ſolennem oblationis morem.

ARTICULUS IV.
Abuſuum.
De Confeſsione Auriculari.

CONfeſſio in Eccleſiis apud nos non eſt abolita. Non enim ſolet porrigi corpus Domini, niſi antea exploratis & abſolutis. Et docetur populus diligentiſſimè de fide abſolutionis, de qva ante hæc tempora magnum erat ſilentium. Docentur homines, ut abſolutionem plurimi faciant, qvia ſit Vox DEI, & mandato DEI pronuncietur. Ornatur poteſtas clavium & commemoratur, qvantam conſolationem afferat perterrefactis conſcientiis, & qvòd reqvirat DEUS fidem, ut illi abſolutioni tanqvam voci de cœlo ſonanti credamus, & qvòd illa fides in CHRISTUM verè conſeqvatur & accipiat remiſſionem peccatorum. *Antea immodicè extollebantur ſatiſfactiones: Fides verò & meriti CHRISTI ac juſtitia fidei nulla fiebat mentio. Qvare in hac parte minimè ſunt culpanda Eccleſiæ noſtræ.* Nam hoc etiam Adverſarii tribuere nobis coguntur, qvòd doctrina de pœnitentia diligentiſſimè à noſtris tractata ac patefacta ſit.

Sed de Confeſſione docent, qvòd enumeratio delictorum non ſit neceſſaria, nec ſint oneran-

randæ conſcientiæ curâ enumerandi omnia delicta: qvia impoſſibile eſt omnia delicta recitare, *ut teſtatur Pſalmus: Delicta qvis intelligit? Item Jeremias: Pravum eſt cor hominis & inſcrutabile.* Qvòd ſi nul a peccata niſi recitata remitterentur, nunqvam acqvieſcere conſcientiæ poſſent, qvia plurima peccata neqve vident, neqve meminiſſe poſſunt, *Teſtantur & veteres ſcriptores, enumerationem non eſſe neceſſariam. Nam in Decretis citatur Chryſoſtomus, qvi ſic ait: Non tibi dico, ut de prodas in publicum, neqve apud alios te accuſes ſed obedire tè volo Prophetæ dicenti: Revela ante DEUM viam tuam. Ergo tua confiteare peccata apud DEUM, verum judicem, cum oratione. Delicta tua pronuncia, non linguâ, ſed conſcientiæ tuæ memoriâ, &c.* Et gloſſa de pœnitentia, Diſt. 4. cap. Conſideret, fatetur, humani juris eſſe Confeſſionem. Verùm confeſſio, cùm propter maximum abſolutionis beneficium, tùm propter alias conſcientiarum utilitates apud nos retinetur.

ARTICULUS V.

De Diſcrimine Ciborum.

PUblica perſvaſio fuit, non tantùm vulgi, ſed etiam docentium in Eccleſiis, *qvod diſcrimen ciborum, & ſimiles traditiones humanæ, ſint*

ſint opera utilia ad promerendam gratiam, & ſatisfactoria pro peccatis. Et qvod ſic ſenſerit mundus, apparet ex eo, quia quotidie inſtituebantur novæ cerèmoniæ, novi ordines, novæ feriæ, novæ jejunia; & Doctores in templis exigebant hæc opera tanquam neceſſarium cultum ad promerendam gratiam, & vehementer terrebant conſcientias, ſi qvid omitterent. *Ex hac perſvaſione de traditionibus multa incommoda in Eccleſia ſecuta ſunt.*

Primò, obſcurata eſt doctrina de gratia & juſtitia fidei, qvæ eſt præcipua pars Evangelii, & quam maximè oportet extare & eminere in Eccleſia, ut meritum CHRISTI benè cognoſcatur, & fides, qvæ credit remitti peccata propter CHRISTUM, longè ſupra opera collocetur *Quare & Paulus in hunc locum maxime incumbit, legem & traditiones humanas removet, ut oſtendat juſtitiam Chriſtianam aliud quiddam eſſe, quam hujusmodi opera, videlicet fidem, quæ credit, peccata gratis remitti propter CHRISTUM. Ad hac doctrina Pauli penè tota oppreſſa eſt per traditiones, qua pepererunt opinionem, quod per diſcrimina ciborum, & ſimiles cultus, oporteat mereri gratiam & juſtitiam. In pœnitentia nulla mentio fiebat de fide, tantùm hæc opera ſatisfactoria proponebantur, in his videbatur pœnitentia tota conſiſtere.*

Secun

Secundò, hæ traditiones obscuraverunt præcepta DEI: qvia traditiones longè præferebantur præceptis DEI; Christianismus totus putabatur esse observatio certarum feriarum, rituum, jejuniorum, vestitus. *Hæ observationes erant in possessione honestissimi tituli*, qvod essent vita spiritualis & vita perfecta. Interim mandata DEI juxta vocationem nullam laudem habebant, *qvòd paterfamilias educabat sobolem; qvòd mater pariebat; qvòd Princeps regebat Rempublicam*; hæc putabantur esse opera mundana & imperfecta, & longè deteriora illis splendid observationibus. *Et hic error valde cruciavit pias conscientias, qvæ dolebant, se teneri imperfecto vitæ genere, in Conjugio, in Magistratibus, aut aliis functionibus civilibus; mirabantur Monachos & similes, & falsò putabant illorum observationes DEO gratiores esse.*

Tertiò, Traditiones attulerunt magna pericula conscientiis; qvia impossibile erat omnes traditiones servare, & tamen homines arbitrabantur, has observationes necessarios esse cultus. *Gerson scribit, multos incidisse in desperationem, qvosdam etiam sibi mortem consciviſſe: qvia senserant, se non posse satisfacere traditionibus, & interim consolationem nullam de justitia fidei & de gratia audierant.*

Videmus Summistas & Theologos colligere traditiones, & qværere ἐπιεικείας, ut levent conscientias: non satis tamen expediunt, sed interdum

dum magis injiciunt laqveos conſcientiis. Et in colligendis traditionibus ita fuerunt occupatæ Scholæ & Conciones, ut non vacaverit attingere Scripturam, & qværere utiliorem doctrinam de Fide, de Cruce, de Spe, de Dignitate Civilium Rerum, de Conſolatione Conſcientiarum in arduis tentationibus.

Itaqve Gerſon, & alii qvidam Theologi graviter qveſti ſunt, ſe his rixis traditionum impediri, qvò minus verſari poſſent in meliore genere doctrinæ. Et Auguſtinus vetat onerare conſcientias hujusmodi obſervationibus, & prudenter admonet Januarium, ut ſciat eas indifferenter obſervandas eſſe, ſic enim loqvitur.

Qvare noſtri non debent videri hanc cauſam temerè attigiſſe, aut odio Epiſcoporum, ut qvidam falsò ſuſpicantur. Magna neceſſitas fuit de illis erroribus, qvi nati erant ex traditionibus malè intellectis, admonere Eccleſias. Nam Evangelium cogit urgere doctrinam in Eccleſiis de Gratia & Juſtitia Fidei, qvæ tamen intelligi non poteſt, ſi putent homines, ſe mereri gratiam per obſervationes ab ipſis electas.

Si igitur docuerunt, qvòd per obſervationem traditionum humanarum non poſſimus gratiam mereri, aut juſtificari: qvare non eſt ſentiendum, qvòd hujuſmodi obſervationes ſint neceſſarius cultus.

Ad-

Addunt testimonia ex Scriptura. *CHRISTUS Matth. 15. excusat Apostolos, qui non servaverant usitatam traditionem, qua tamen videbatur de re non illicita, sed media esse, & habere cognationem cum baptismatibus legis, & dicit: Frustra colunt me mandatis hominum. Igitur non exigit cultum inutilem. Et paulò post addit: Omne quod intra in os, non inquinat hominem. Item, Rom. 14. Regnum DEI non est esca aut potus.*

Coloss. 2. Nemo judicet vos in cibo, potu, Sabbatho aut die festo. Item, si mortui estis cum CHRISTO ab Elementis mundi, quare tanquam viventes in mundo decreta facitis: Ne attingas: Ne gustes: Ne contrectes.

Actor 15. ait Petrus: Quare tentatis DEUM, imponentes jugum super cervices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus, sed per gratiam DOMINI nostri JESU CHRISTI credimus salvari, quemadmodum & illi. Hic vetat Petrus onerare conscientias pluribus ritibus sive Mosis, sive alius.

Et 1. Tim. 4. vocat prohibitionem ciborum doctrinam damoniorum, quia pugnat cum Evangelio talia opera instituere aut facere, ut per ea mereamur gratiam aut quòd non possit existere Christianismus sine tali cultu.

Hîc objiciunt Adversarii, quòd nostri prohibeant disciplinam & mortificationem carnis, sicut

Jovinianus. Verùm aliud deprehendetur ex scriptis nostrorum. Semper enim docuerūt de cruce qvòd Christianos oporteat tolerare afflictiones. Hæc est vera, seria & non simulata mortificatio, variis afflictionibus exerceri, & crucifigi cum CHRISTO.

Insuper docent, qvòd qvilibet Christianus debeat se corporali disciplina, aut corporalibus exercitiis & laboribus sic exercere, & coërcere, ne saturitas aut desidia extimulet ad peccandum, non ut per illa exercitia mereamur gratiam, aut satisfaciamus pro peccatis. Et hanc corporalem disciplinam oportet semper urgere, non solùm paucis & constitutis diebus, sicut CHRISTUS præcipit: *Cavete, ne corpora vestra graventur crapulâ.* Item, *Hoc genus dæmoniorum non ejicitur nisi jejunio & oratione.* Et Paulus ait: *Castigo corpus meum, & redigo in servitutem.* Ubi clarè ostendit, se ideò castigare corpus, non ut per eam disciplinam mereatur remissionem peccatorum, sed ut corpus habeat obnoxium & idoneum ad res spirituales, & ad faciendum officium, juxta vocationem suam. Itaqve non damnantur ipsa jejunia, sed traditiones, qvæ certos dies, certos cibos præscribunt, cum periculo conscientiæ, tanqvam istiusmodi opera sint necessarius cultus.

Servantur tamen apud nos pleraq; traditiones, qvæ conducunt ad hoc, ut res ordine gerantur in Ecclesia, ut ordo lectionum in Missa, &

pre-

præcipua feria. Sed interim homines admonentur, qvòd talis cultus non justificet coram DEO, & qvod non sit ponendum peccatum in talibus rebus, si omittantur sine scandalo. Hæc libertas in ritibus humanis non fuit ignota patribus. Nam in Oriente alio tempore servaverunt Pascha, qvã Romæ, & cùm Romani propter hanc dissimilitudinem accusarent Orientem schismatis, admoniti sunt ab aliis, tales mores non oportere ubiqve similes esse. Et Irenæus inqvit: *dissonantia jejunii, fidei consonantiam non solvit:* sicut & Dist. 11. Gregorius Papa significat, *talem dissimilitudinem non ladere unitatem Ecclesiæ.* Et in historia Tripartita lib. 9. multa colliguntur exempla dissimilium rituum & recitantur hæc verba: *Mens Apostolorum fuit, non de diebus Festis sancire, sed prædicare bonam conversationem & pietatem.*

Articulus VI.

Abusuum.

De Votis Monachorum.

QVid de votis Monachorum apud nos doceatur, meliùs intelliget, si qvis meminerit, qvalis status fuerit Monasteriorum, qvâm multa contra Canones in ipsis Monasteriis qvotidiè fiebant. *Augustini tempore erant libera Collegia; postea corruptâ disciplinâ, ubiqꝫ addita*

sunt vota, ut tanquam excogitato carcere disciplina restitueretur. Addita sunt paulatim supra vota alia multa observationes. Et hæc vincula multis ante justam ætatem contra Canones injecta sunt. Multi inciderunt errore in hoc vitæ genus, quibus etiamsi non deessent anni, tamen judicium de suis viribus defuit. Qui sic irretiti erant, cogebantur manere, etiamsi quidam beneficio Canonum liberari possent. Et hoc accidit magis etiam in Monasteriis virginum, quàm Monachorum, cum sexui imbecilliori magis parcendum esset *Hic rigor displicuit multis bonis viris ante hæc tempora, qui videbant puellas & adolescentes in Monasteria detrudi propter victum, videbant, quàm infeliciter succederet hoc consilium, qua scandala pareret, quos laqueos conscientiis injiceret. Dolebant autoritatem Canonum in re periculosissima omninò negligi & contemni.*

Ad hæc mala accedebat talis persvasio de votis, quam constat etiam olim displicuisse ipsis Monachis, si qui paulò cordatiores fuerunt: docebant, *vota paria esse baptismo, docebant, hoc vitæ genere mereri remissionem peccatorum, & justificationem coram DEO.* Imò addebant, *vitam Monasticam non tantùm justitiam mereri coram DEO, sed amplius etiam, quia servaret non modò Præcepta, sed etiam consilia Evangelica.*

Ita

Ita persvadebant, Monasticam professionem longè meliorem esse Baptismo, vitam Monasticam plus mereri, qvam vitam Magistratuum, vitam Pastorum & similium, qvi in mandatis DEI sine factitiis religionibus suæ vocationi serviunt. Nihil horum negari potest, extant enim in libris eorum.

Qvid fiebat postea in Monasteriis? *Olim erant Schola Sacrarum Literarum, & aliarum disciplinarum, qvæ sunt utiles Ecclesiæ, & sumebantur inde Pastores, & Episcopi.* Nunc alia res est, nihil opus est recitare nota. *Olim ad discendum conveniebant, nunc fingunt institutum esse vitæ genus ad promerendam gratiam & justitiam, imò prædicant, esse statum perfectionis, & long præferunt omnibus aliis vitæ generibus à DEO ordinatis.*

Hæc ideò recitavimus, nihil odiosè exaggerantes, ut meliùs intelligi posset de hac re, doctrinam nostrorum. *Primùm* de his, qvi matrimonia contrahunt, sic docent apud nos, qvòd liceat omnibus, qvi non sunt idonei ad cœlibatum, contrahere matrimonium, qvia vota non possunt ordinationem ac mandatum DEI tollere. Est autem hoc mandatum DEI: *Propter fornicationem habeat unusqvisqj uxorem suam.*

Neqve mandatum solùm, sed etiam creatio & ordinatio DEI cogit hos ad conjugium, qvi sine singulari DEI opere non sunt excepti, juxta illud: *Non est bonum homini esse solum.* Igitur non

peccant isti, qvi obtemperant huic mandato & ordinationi DEI. *Qvid potest contra hæc opponi? Exaggeret aliqvis obligationem voti qvantùm volet, tamen non poterit efficere, ut votum tollat mandatum DEI.*

Canones docent, *in omni voto Jus superioris excipi:* qvare multò minùs hæc vota contra mandata DEI valent.

Qvod si obligatio votorum nullas haberet causas, cur mutari possit, nec Romani Pontifices dispensassent. Neqve enim licet homini obligationem, qvæ simpliciter est Juris divini, rescindere. Sed prudenter judicaverunt Romani Pontifices, æqvitatem in hac obligatione adhibendam esse: ideò sæpè de votis dispensasse leguntur. *Nota est historia de Rege Arragonum revocato ex Monasterio; & extant exempla nostri temporis.*

Dein de, cur obligationem exaggerant Adversarii seu effectum voti, cùm interim *de ipsa voti natura* sileant, *qvod debet esse in re possibili, qvod debet esse voluntarium, sponte & consultò conceptum.* At qvomodo sit in potestate hominis perpetua castitas, non est ignotum. Et qvotusqvisqve sponte & consultò vovit? Puellæ & adolescentes, priusqvam judicare possunt, persvadentur ad vovendum, interdum etiam coguntur. Qvare non est æqvum, tam rigidè de obligatione disputare, cùm omnes fateantur con-

contra voti naturam esse, qvod non sponte, qvod inconsulto admittitur.

Plerique Canones rescindunt vota ante Annum 15. contracta, qvia ante illam ætatem non videtur tantum esse judicii, ut de perpetua vita constitui possit. Alius Canon plus concedens hominum imbecillitati addit Annos aliqvos, vetat enim ante annum 18. votum fieri. Sed utrum seqvemur, maxima pars habet excusationem, cur Monasteria deserant, qvia plurimi ante hanc ætatem voverunt.

Postremò, etiamsi voti violatio reprehendi posset, tamen non videtur statim seqvi, qvòd conjugia talium personarum dissolvenda sint. *Nam Augustinus negat debere dissolvi*, 27. qv. 1. cap. Nuptiarum, *cujus non est levis autoritas, etiamsi alii postea aliter senserunt.*

Qvanqvam autem mandatum DEI de conjugio videatur plerosqve liberare à votis, tamen afferunt nostri & aliam rationem de votis, qvòd sint irrita, qvia omnis cultus DEI, ab hominibus sine mandato DEI institutus & electus ad promerendam justificationem & gratiam, impius est, sicut CHRISTUS ait: *Frustra colunt me mandatis hominum. Et Paulus ubiq; docet, Justitiam non esse qvarendam ex nostris observationibus, & cultibus, qvi sunt excogitati ab hominibus, sed contingere eam per fidem, credentibus se recipi in gratiam à DEO propter CHRISTUM.*

Constat autem Monachos docuisse, qvod factitiæ religiones satisfaciant pro peccatis, mereantur gratiam & justificationem: Qvid hoc est aliud, qvàm de gloria CHRISTI detrahere, & obscurare ac negare justitiam fidei? Seqvitur igitur, ista vota usitata impios cultus fuisse; qvare sunt irrita. Nam votum impium, & factum contra mandata DEI, non valet, *neqve enim debet votum vinculum esse iniqvitatis*, ut Canon dicit.

Paulus dicit: *Evacuati estis à CHRISTO, qvi in lege justificamini, à gratia excidistis.* Ergò etiam qvi votis justificari volunt, evacuantur à CHRISTO, & à gratia excidunt. Nam & hi, qvi votis tribuunt justificationem, tribuunt propriis operibus hoc, qvod propriè ad gloriam CHRISTI pertinet. *Neqve verò negari potest, qvin Monachi docuerint, se per vota & observationes suas justificari & mereri remissionem peccatorum, imò affinxerunt absurdiora, dixerunt, se aliis mutuari sua opera.*

Hæc si qvis velit odiosè exaggerare, qvàm multa possit colligere, qvorum jam ipsos Monachos pudet! Ad hæc persvaserunt hominibus, factitias religiones esse statum Christianæ perfectionis. An non est hoc justificationem tribuere operibus? Non est leve scandalum, in Ecclesia populo proponere certum cultum ab hominibus excogitatum sine mandato DEO, & docere, qvòd talis cultus justificet homines. Qvia justi-

justitia fidei, qvam maximè oportet tradi in Ecclesia, obscuratur, cùm illæ mirificæ religiones Angelorum, simulatio paupertatis & humilitatis, & cœlibatus offenduntur oculis hominum.

Præterea obscurantur præcepta DEI & verus cultus Dei, cùm audiunt homines, solos Monachos esse in statu perfectionis; *qvia perfectio Christiana est, serio timere Deum, & rursus concipere magnam fidem, & confidere propter CHRISTUM, qvòd habeamus DEUM placatum, petere à DEO, & certò exspectare auxilium in omnibus rebus gerendis, juxta vocationem; interim foris diligenter facere bona opera, & servire vocationi.* In his rebus est vera perfectio, & verus cultus DEI; non est in cœlibatu aut mendicitate, aut veste sordida. Verùm populus concipit multas perniciosas opiniones ex illis falsis præconiis vitæ Monasticæ. Audit, sine modo laudari cœlibatum, ideò cum offensione conscientiæ versatur in conjugio. Audit, solos mendicos esse perfectos, ideò cum offensione conscientiæ retinet possessiones, negotiatur. Audit consilium Evangelicum esse, de non vindicando; ideò alii in privata vita non verentur ulcisci, audiunt enim, consilium esse, non præceptum. Alii omnes Magistratus & civilia officia judicant indigna esse Christianis. *Leguntur exempla hominum, qvi deserto conjugio, desertâ reipublicæ administratione, abdiderunt se in Monasteria.*

Id vocabant fugere ex mundo, & qvarere vitagenus, qvod DEO magis placeret, nec videbant, DEO serviendum esse in illis mandatis, qvæ ipse tradidit, non in mandatis, qvæ sunt excogitata ab hominibus. Bonum & perfectum vitæ genus est, qvod habet mandatum DEI. De his rebus necesse est admonere homines. *Et ante hac tempora reprehendit Gerson errorem Monachorum de perfectione, & testatur suis temporibus novam vocem fuisse, qvòd vita Monastica sit status perfectionis.*

Tam multæ impiæ opiniones hærent in votis, *qvòd justificent, qvòd sint perfectio Christiana, qvod servent consilia & præcepta, qvòd habeant opera supererogationis.* Hæc omnia cum sint falsa & inania, faciunt vota irrita.

ARTICULUS VII.

Abusuum.

De Potestate Ecclesiastica.

MAgnæ disputationes fuerunt *de potestate Episcoporum*, in qvibus nonnulli incommodè commiscuerunt *potestatem Ecclesiasticam, & potestatem gladii.* Et ex hac confusione maxima bella, maximi motus extiterunt, dum Pontifices freti potestate clavium, non solùm novos cultus instituerunt, reservatione casuum violentis excommunicationibus conscientias onerave-

raverunt, sed etiam regna mundi transferre, & Imperatoribus adimere Imperium conati sunt.

Hæc vitia multò ante reprehenderunt in Ecclesia homines pii & eruditi. Itaqve nostri ad consolandas conscientias coàcti sunt ostendere *discrimen Ecclesiastica potestatis, & potestatis gladii*, & docuerunt, utramqve propter mandatum DEI religiosè venerandam & honore afficiendam esse, tanqvam summa DEI beneficia in terris.

Sic autem sentiunt, *potestatem clavium, seu potestatem Episcoporum, juxta Evangelium, potestatem esse seu mandatum DEI prædicandi Evangelii, remittendi & retinendi peccata, & administrandi Sacramenta.* Nam cum hoc mandato CHRISTUS mittit Apostolos; *Sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos; Accipite Spiritum Sanctum, qvorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & qvorum retinueritis peccata, retenta sunt. Marc. 16. Ite, prædicate Evangelium omni creaturæ, &c.*

Hæc potestas tantùm exercetur docendo seu prædicando verbum, & porrigendo Sacramenta, vel multis vel singulis, juxta vocationem; qvia conceduntur non res corporales, sed res æternæ, justitia æterna, Spiritus Sanctus, vita æterna. Hæc non possunt contingere nisi per Ministerium Verbi & Sacramentorum, sicut Paulus dicit: *Evangelium est potentia DEI ad salutem omni credenti.* Itaqve cùm potestas Ec-

cleſiaſtica concedat res æternas, & tantùm exerceatur per miniſterium verbi, non impedit politicam adminiſtrationem; ſicut ars canendi nihil impedit politicam adminiſtrationem. Nam politica adminiſtratio verſatur circa alias res, qvam Evangelium. *Magiſtratus defendit non mentes, ſed corpora & res corporales, adverſus manifeſtas injurias, & coërcet homines gladio, & corporalibus pœnis, ut juſtitiam civilem & pacem retineat.*

Non igitur commiſcendæ ſunt poteſtates *Eccleſiaſtica* & *civilis.* Eccleſiaſtica ſuum mandatum habet Evangelii docendi & adminiſtrandi Sacramenta. Non irrumpat in alienum officium, non transferat regna mundi, non abroget leges Magiſtratuum, non tollat legitimam obedientiam, non impediat judicia de ullis civilibus ordinationibus aut contractibus, non præſcribat leges Magiſtratibus de forma Reipublicæ; ſicut dicit CHRISTUS: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Item: *Qvis conſtituit me judicem aut diviſorem ſuper vos?* Et Paulus ait Philip. 3. *Noſtra politia in cœlis eſt.* 2. Corinth. 10. *Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia ſed potentia DEO ad deſtruendas cogitationes, &c.* Ad hunc modum diſcernunt noſtri utriusqve poteſtatis officia, & jubent utramqve honore afficere, & agnoſcere, utramqve DEI donum & beneficium eſſe.

Si qvam habent Episcopi potestatem gladii, hanc non habent Episcopi ex mandato Evangelii, sed jure humano donatam à Regibus & Imperatoribus, ad administrationem civilem suorum bonorum. Hæc interim alia functio est, qvàm ministerium Evangelii. Cum igitur de Jurisdictione Episcoporum qværitur, discerni debet Imperium ac Ecclesiastica, Jurisdictione. Porrò secundum Evangellum, seu ut loqvuntur, *de jure divino*, *nulla jurisdictio competit Episcopis*, *ut Episcopis*, hoc est, his qvibus est commissum ministerium verbi & Sacramentorum, *nisi remittere peccata, item, cognoscere doctrinam, & doctrinam ab Evangelio dissentientem rejicere, & impios, qvorum nota est impietas, excludere à communione Ecclesiæ, sine vi humana, sed verbo.* Hic necessario & de jure divino debent eis Ecclesiæ præstare obedientiam; juxta illud: *Qui vos audit, me audit.*

Verùm cum aliqvod contra Evangelium docent aut statuunt, tunc habent Ecclesiæ mandatum DEI, qvod obedientiam prohibet; Matth. 7. *Cavete a Pseudo-Prophetis.* Gal. 1. *Si Angelus de cœlo aliud Evangelium evangelizaverit, anathema sit;* 2. Cor. 13. *Non possumus aliqvid contra veritatem, sed pro veritate.* Item: *Data est nobis potestas ad ædificationem, non ad destructionem.* Sic & Canones præcipiunt 2. qvæst. 7. cap. Sacerdotes; & cap. Oves. Et Augustinus contra Petiliani Epistolam inqvit:

Nec

Nec Catholicis Episcopis consentiendum est, sic ubi fortè falluntur, aut contra Canonicas DEI Scripturas aliqvid sentiunt.

Si qvam habent aliam vel potestatem, vel jurisdictionem, in cognoscendis certis causis, videlicet matrimonii, aut decimarum, &c. hanc habent humano jure; Ubi cessantibus ordinariis coguntur Principes vel inviti suis subditis jus dicere, ut pax retineatur.

Prater hæc disputatur, *utrum Episcopi seu Pastores habeant jus instituendi ceremonias in Ecclesia, & leges de cibis, feriis, gradibus Ministrorum, seu Ordinibus, &c. condendi?* Hoc jus qvi tribuunt Episcopis, allegant testimonium: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò: Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Allegant etiam exemplum Apostolorum, qvi prohibuerunt abstinere a sangvine, & suffocato. Allegant Sabbatum mutatum in diem Dominicum, contra Decalogum, ut videtur. Nec ullum exemplum magis jactatur, qvam mutatio Sabbati. Magnam contendunt Ecclesiæ potestatem esse, qvod dispensaverit de præcepto Decalogi.

Sed de hac qvæstione nostri sic docent, *qvod Episcopi non habent potestatem statuendi aliqvid contra Evangelium*, ut supra ostensum est. Docent idem Canones 9. Distin. Porrò contra Scripturam est, traditiones condere, aut exi-

exigere, ut per eam observationem satisfaciamus pro peccatis, aut mereamur gratiam & justitiam. Læditur enim gloria meriti CHRISTI, cùm talibus observationibus conamur mereri justificationem. Constat autem, propter hanc persvasionem, in Ecclesia penè in infinitum crevisse traditiones, oppressâ interim doctrinâ de fide & justitiâ fidei, qvia subinde plures feriæ factæ sunt, jejunia indicta, ceremoniæ novæ, novi honores sanctorum instituti sunt; qvia arbitrabantur, se autores talium rerum, his operibus mereri gratiam. Sic olim creverunt Canones pœnitentiales, qvorum adhuc in satisfactionibus vestigia qvædam videmus.

Item Autores traditionum faciunt contra mandatum DEI, cùm collocant peccatum in cibis, in diebus, & similibus rebus, & onerant Ecclesiam servitute legis, qvasi oporteat apud Christianos ad promerendam justificationem cultum esse similem Levitico, cujus ordinationem commiserit DEUS Apostolis & Episcopis: sic enim scribunt qvidam; & videntur Pontifices aliqvâ ex parte exemplo legis Mosaicæ decepti esse. Hinc sunt illa onera; *qvòd peccatum mortale sit, etiam sine offensione aliorum, in feriis laborare manibus; qvòd si peccatum mortale omittere horas Canonicas; qvòd certi cibi polluant conscientiam; qvòd jejunia sint opera placantia DEUM; qvòd peccatum in casu reservato non possit remitti, nisi accesserit autoritas*

ritas reservantis, cùm qvidem ipsi Canones non de reservatione culpæ, sed de reservatione pœnæ Ecclesiasticæ loqvantur.

Unde habent jus Episcopi has traditiones imponendi Ecclesiis, ad illaqveandas conscientias? Cùm Petrus vetet imponere jugum discipulis; cùm Paulus dicat, potestatem ipsis datam esse ad ædificationem, non ad destructionem. Cur igitur augent peccata per has traditiones?

Verùm extant clara testimonia, qvæ prohibent condere tales traditiones ad promerendam gratiam, aut tanqvam necessarias ad salutem. Paulus Coloss. 2. *Nemo vos judicet in cibo, potu, parte diei festi, novilunio aut Sabbatis.* Item: *Si mortui estis cum CHRISTO ab elementis mundi, qvare tanqvam viventes in mundo, decreta facitis? Non attingas, non gustes, nec contrectes. Qvæ omnia pereunt usu, & sunt mandata & doctrina hominum, qvæ habent speciem sapientiæ.* Item, ad Titum aperte prohibet traditiones: *Non attendentes Judaicis fabulis, & mandatis hominum adversantium veritatem.* Et CHRISTUS Matth. 15. inqvit de his qvi exigunt traditiones: *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.* Et improbat tales cultus: *Omnis plantatio qvam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur.*

Si jus habent Episcopi onerandi Ecclesias infinitis traditionibus, & illaqveandi conscientias, cur toties prohibet Scriptura condere, & audire

ut

traditiones? cur vocat eas doctrinas dæmoniorum? Num frustra hæc præmonuit Spiritus S. *Relinqvitur igitur, cùm ordinationes institutæ tanqvam necessariæ, aut cum opinione promerendæ gratiæ, pugnent cum Evangelio, qvòd non liceat ullis Episcopis tales cultus instituere aut exigere.* Necesse est enim in Ecclesiis retineri doctrinam de libertate Christiana, qvòd non sit necessaria servitus legis ad justificationem, sicut in Galatis scriptum est: *Nolite iterum jugo servitutis subjici.* Necesse est retineri præcipuum Evangelii locum, qvòd gratiam per fidem in CHRISTUM gratis conseqvamur, non propter certas observationes, aut propter cultus ab hominibus institutos.

Qvid igitur sentiendum est de die Dominico, & similibus ritibus templorum? Ad hæc respondent, qvòd liceat Episcopis seu Pastoribus facere ordinationes, ut res ordine gerantur in Ecclesia, non ut per illas mereamur gratiam, aut satisfaciamus pro peccatis, aut obligentur conscientiæ, ut judicent esse necessarios cultus; ac sentiant se peccare, cùm sine offensione aliorum violant. Sic Paulus ordinat, ut in congregatione mulieres velent capita, ut ordine audiantur in Ecclesia Interpretes, &c.

Tales ordinationes convenit Ecclesias propter charitatem & tranqvillitatem servare eatenus, ne alius alium offendat, ut ordine & sine tumultu omnia fiant in Ecclesiis. Verùm ita,

ne

ne conſcientiæ onerentur, ut ducant res eſſe neceſſarias ad ſalutem, ac judicent ſe peccare, cùm violant eas ſine aliorum offenſione, ſicut nemo dixerit peccare mulierem, qvæ in publicum non velato capite procedit, ſine offenſione hominum.

Talis eſt obſervatio diei Dominici Paſchatis, Pentecoſtes, & ſimilium feriarum, & rituum. Nam qvi judicant, Eccleſiæ autoritate pro Sabbato inſtitutam eſſe diei Dominici obſervationem, tanqvam neceſſariam, longè errant. Scriptura abrogavit Sabbatum, qvæ docet omnes ceremonias Moſaicas, poſt revelatum Evangelium omitti poſſe. Et tamen qvia opus erat conſtituere certum diem, ut ſciret populus, qvando convenire deberet, apparet, Eccleſiam ei rei deſtinaſſe diem Dominicum, qvi ob hanc qvoqve cauſam videtur magis placuiſſe, ut haberent homines exemplum Chriſtianæ libertatis, & ſcirent, nec Sabbati, nec alterius diei obſervationem neceſſariam eſſe.

Extant prodigioſæ diſputationes de mutatione legis, de ceremoniis novæ legis, de mutatione Sabbati, qvæ omnes ortæ ſunt ex falſa perſvaſione, qvòd oporteat in Eccleſia cultum eſſe ſimilem Levitico. Et qvòd CHRISTUS commiſerit Apoſtolis & Epiſcopis excogitare novas ceremonias, qvæ ſint ad ſalutem neceſſariæ. Hi errores ſerpſerunt in Eccleſiam, cùm juſtitia fidei non ſatis clare doceretur. Aliqvi diſputant

diei

diei Dominici obſervationem non qvidem Juris divini eſſe, ſed qvaſi Juris divini, præſcribunt de feriis, qvatenus liceat operari. Hujusmodi diſputationes qvid ſunt aliud, niſi laqvei conſcientiarum? Qvanqvam enim conentur explicare traditiones, tamen nunqvam poteſt æqvitas deprehendi, donec manet opinio neceſſitatis, qvam manere neceſſe eſt, ubi ignorantur juſtitia fidei, & libertas Chriſtiana.

Apoſtoli juſſerunt abſtinere à ſangvine, qvis nunc obſervat? neqve tamen peccant, qvi non obſervant, qvia ne ipſi qvidem Apoſtoli voluerunt onerare conſcientias tali ſervitute, ſed ad tempus prohibuerunt propter ſcandalum. Eſt enim perpetua voluntas Evangelii conſideranda in decreto. Vix ulli Canones ſervantur accuratè, & multi qvotidie exoleſcunt apud illos etiam, qvi diligentiſſimè defendunt traditiones. Nec poteſt conſcientiis conſuli, niſi hæc æqvitas ſervetur, ut ſciamus eos, ſine opinione neceſſitatis ſervari, nec lædi conſcientias, etiamſi traditiones exoleſcant.

Facilè autem poſſent Epiſcopi legitimam obedientiam retinere, ſi non urgerent ſervare traditiones, qvæ bona conſcientia ſervari non poſſunt. Nunc imperant cœlibatum, nullos recipiunt, niſi jurent, ſe puram Evangelii doctrinam nolle docere. Non petunt Eccleſiæ, ut Epiſcopi honoris ſui jactura ſarciant concordiam, qvòd tamen decebat bonos Paſtores facere. *Tantùm*

petunt,

petunt, ut injusta onera remittant, qva nova sunt, & præter consvetudinem Ecclesiæ Catholicæ recepta. Fortassis initiò qvædam constitutiones habuerunt probabiles causas, qvæ tamen posterioribus temporibus non congruunt. Apparet etiam qvasdam errore receptas esse; qvare Pontificiæ clementiæ esset, illas nunc mitigare, qvia talis mutatio non labefacit Ecclesiæ unitatem. Multæ enim traditiones humanæ tempore mutatæ sunt, ut ostendunt ipsi Canones. *Qvod si non potest impetrari, ut relaxentur observationes, qvæ sine peccato non possunt præstari, oportet nos regulam Apostolicam sequi, qva præcipit, DEO magis obedire, qvàm hominibus.* Petrus vetat Episcopos dominari & Ecclesiis imperare.

Nunc non id agitur, ut Dominatio eripiatur Episcopis, sed hoc unum petitur, ut patiantur Evangelium pure doceri, & relaxent paucas qvasdam observationes, qvæ sine peccato servari non possunt. Qvod si nihil remiserint, ipsi viderint, qvomodo DEO rationem reddituri sint, qvod pertinatia sua causam schismati præbent.

EPI-

EPILOGUS.

HI sunt præcipui Articuli, qui videntur habere controversiam: quanquam enim de pluribus abusibus dici poterat, tamen, ut fugeremus prolixitatem, præcipua complexi sumus, ex quibus cætera facilè judicari possunt. Magna querela fuerunt de indulgentiis, de peregrinationibus, de abusu excommunicationis. Parochia multipliciter vexabantur per Stationarios. Infinita contentiones erant Pastoribus cùm Monachis, de Jure parochiali, de Confessionibus, de sepulturis, de extraordinariis Concionibus, & de aliis innumerabilibus rebus. Hujusmodi negotia prætermisimus, ut illa, quæ sunt in hac causâ præcipua, breviter proposita, facilius cognosci possent. Neque hic quicquam ad ullius contumeliam dictum, aut collectum est. Tantùm eam recitata sunt, quæ videbantur necessariò dicenda esse, ut intelligi possit in doctrina ac cæremoniis apud nos nihil esse receptum contra Scripturam aut Ecclesiam Catholicam; quia manifestum est nos diligentissimè cavisse, ne qua nova & impia dogmata in Ecclesias nostras serperent.

Hos Articulos supra scriptos, voluimus exhibere juxta edictum C. M. in quibus Confessio nostra extaret & eorum, qui apud nos docent, doctrina summa cerneretur. Si quid in hac Confessione desiderabitur, parati sumus lationem

rem

rem informationem, DEO volente, juxta Scripturas exhibere.

Cæsareæ Majest. V.
Fideles & subditi
JOHANNES Dux Saxoniæ Elector.
GEORGIUS Marchio Brandenburgensis.
ERNESTUS Dux Luneburgensis.
PHILIPPUS Landgravius Hessorum.
JOHANNES FRIDERICUS Dux Sax.
FRANCISCUS Dux Luneburgensis.
WOLFGANGUS Princeps ab Anhalt.
SENATUS Magistratusqve Nurnbergensis.
SENATUS Reutlingensis.

III.
ARTICULI SMALCALDICI.

Articuli Christianæ Doctrinæ, qvi à nostris Concilio, si qvod vel Mantuæ vel alibi congregandum fuisset, exhibendi fuerant, indicantes, qvid recipere, vel concedere possemus & qvid non:

Scripti à

D. MARTINO LUTHERO
Anno 1537.

PRÆFATIO D. MARTINI LUTHERI.

CUm Papa Paulus hujus nominis tertius Concilium indiceret Anno superiori, circa Pentecosten, Mantua congregandum, & paulo pòst ab urbe Mantua alio transferret (unde nondum constat, qvò illud convocare vel velit vel possit) & nobis qvoqve sperandum esset, ut ad Concilium ipsi etiam vocaremur, vel metuendum, ne non vocati damnaremur: injungebatur mihi, ut Articulos doctrina nostra conscriberem & colligerem, si fortè res procederet, ut constaret, qvid & qvatenus Pontificiis cedere,

& in qvibus capitibus constanter perseverare & vellemus & possemus.

Conscripsi igitur hosce Articulos, & nostra parti tradidi. A nostris illi recepti & unanimi Confessione approbati sunt, & decretum est, ut Concilio (si qvod à Papa & Pontificiis tandem, sine mendaciis & fraudibus, vero, legitimo, & Christiano modo institueretur, sicut omnino deberet) publicè offerrentur & fidei nostra Confessionem explicarent.

Cùm autem Romana ista Aula seu Curia adeo formidet Christianum liberumq; Concilium, & lucem turpissimè fugiat, ita ut etiam ipsis Pontificiis spes Concilii Christiani non tantùm convocandi, sed etiam ferendi & concedendi prorsus ademta sit, unde sane offenduntur meritò multi Pontificii, & agrè ferunt negligentiam istam Papæ, ac inde facile colligunt, malle Papam interitum totius Christianitatis, & damnationem omnium animarum, qvam sui & suorum vel exiguam saltem reformationem, & qvam tyrannidi suæ modum præscribi patiatur : *idèo & nihilominus Articulos hos in publicum emittere volui, ut si citiùs ex hac vita evocarer, qvàm Concilium congregaretur, [qvod ita eventurum esse omninò confido & spero, cum lucifugi isti nebulones nimium in protrahendo & impediendo Concilio laborent,) ut inqvam ii, qvi post me vivent & remanebunt, testimonium & Confessionem meam haberent, & pro-*

pono-

ponere poſſent adjunctam Confeſſioni, quam anteà publicavi, in qua hactenus conſtanter permanſi, & permanebo deinceps, per DEI gratiam.

Qvid enim dicam? qvomodo qverelam inſtituam? Adhuc ſuperſtes ſum, ſcribo, concio-nes habeo, pralego publicè & qvotidiè: Et tamen virulenti homines non tantùm ex Adverſariis, ſed etiam falſi fratres, qvi nobiſcum ſe ſentire ajunt, mea ſcripta & doctrinam meam ſimpliciter contra me adferre & allegare audent, me vivente, vidente, & audiente, etiamſi ſciant, me aliter docere, & volunt virus ſuum meo labore exornare, & miſeros homines meo ſub nomine decipere & ſeducere. Qvid ergo, bone DEUS, poſt obitum meum fiet?

Deberem qvidem ad omnia reſpondere, dum adhuc vivo. Sed qvaſo, qvomodo omnia Diaboli ora obſtruere ſolus poſſum? Praſertim eorum (utpote venenatorum omnium) qvi nec audire nec attendere volunt, qvid ſcribamus, ſed in eo toti ſunt, ut verba noſtra etiam in minutiſſimis literis ſceleratè pervertant & depravent. *His ergò Diabolus reſpondeat, & tandem ira DEI, qvemadmodum merentur. Sapè recordor boni Gerſonis, dubitantis, numqvid boni publicè ſcribendum & proferendum ſit. Si ſcriptio omittitur, multa anima negliguntur, qva liberari potuiſſent. Si verò illa praſtatur, ſtatim Diabolus praſtò eſt cum lingvis peſtiferis*

& calumniarum plenis, qva omnia corrumpunt, & veneno inficiunt, ut utilitas ſcriptorum impediatur. Qvid tamen ex iſta malitia ſua commodi recipiant, manifeſtum eſt. Qvia enim nos mendaciis perditè onerarunt, & ſimpliciores per iſta mendacia in ſuo cœtu retinere volverunt DEUS opus ſuum ſubinde promovit, & ipſorum cœtum reddidit minorem, noſtrum verò majorem, ac ipſos ob mendacia confudit, & confundit etiamnum.

Recitabo hiſtoriam. Fuit Witteberga Doctor qvidam ex Gallia miſſus, qvi nobis palàm indicabat, Regi ſuo certo certiùs perſvaſum eſſe, apud nos nullam eſſe Eccleſiam, nullum Magiſtratum, nullum Conjugium, ſed promiſcuè omnes pecudum more vivere pro arbitrio. *Dic jam, qvo vultu nos coram tribunali CHRISTI in ultimo judicio ſint aſpecturi ii, qvi tàm craſſa & prodigioſa mendacia Regi, & aliis Regnis per ſua ſcripta inculcarunt ceu veritatem? CHRISTUS omnium noſtrum DOMINUS & Judex ſcit ipſe, iſtos mentiri & ſemper mentitos eſſe. Hujus ſententiam viciſſim audire cogentur, qvod certò ſcio. DEUS convertat convertendos, ut agant pœnitentiam, cæteros obruat Va & Ah in æternum.*

Ut autem redeam ad rem, optarim ex animo, Concilium Chriſtianum & liberum aliqvando congregari, ut multis & rebus, & hominibus conſuleretur: non, qvòd nos Concilio indi-

digeamus, (nostra enim Ecclesia per DEI gratiam, puritate Verbi & vero usu Sacramentorum, ac cognitione vocationum & verorum operum, ita sunt illustrata & constituta, ut Concilio opus nobis non sit, nec à Concilio de his rebus quidquam melius sperare & exspectare possumus) sed quod in Episcopatibus videamus passim multas Parochias planè desertas & vacuas, ita ut pra dolore cor hominis pii extingui facilè possit. Et tamen nec Episcopi, nec Canonici curant, quomodo miseri homines vel vivant, vel moriantur, pro quibus tamen CHRISTUS est mortuus, quem miseri homines verum Pastorem cum ovibus suis loquentem audire non possunt. Et hoc me movet, ut exhorrescens vehementer metuam, ne CHRISTUS ipse aliquando convocet Concilium Angelicum contra Germaniam, quo funditus deleamur, sicut Sodoma & Gomorrha, *quandoquidem tàm temerè ipsi illudimus nomine & pratextu Concilii.*

Prater hac tàm necessaria negotia Ecclesiastica, essent quoque res magna in statu politico corrigenda, ut discordia Principum & statuum. Usura & avaritia ceu diluvium inundarunt, & specie juris defenduntur. Petulantia, lascivia, superbia, & luxus ac fastus in vestitu, crapula, alea, pompa, vitiorum & scelerum concursus, malitia, contumacia subditorum, familia, opificum, mercenariorum,

ruſticorum aucupia, & iniqviſſima in venditionibus æſtimatio, (& qvis recitare poteſt omnia?) adeò accreverunt, ut decem Concil. liis, & viginti Comitiis politicis corrigi neqveant. *Si hæc principalia, in Eccleſiaſtico & politico ſtatu, qvæ contrà DEUM fiunt, in Concilio tractarentur, ſatis ſuperq; eſſet, de qvibus ageretur, nec opus eſſet ludicris & jocularibus confabulationibus de veſte talari, de inſignibus verticalibus, raſuris & tonſuris, de cingulis latis ſeu baltheis, de Epiſcoporum & Cardinalium infulis, galeris, pileis & baculis, & ſimilibus vanitatibus. Si anteà DEI mandatum & voluntatem in Eccleſiaſtico & politico ordine expediviſſemus, ſatis poſteà ocii & temporis nobis relinqveretur ad reformationem ciborum, veſtium, cereorum, raſurarum, caſularum, &c. At qvia camelos deglutimus, & interea culices excolamus, trabes relinqvimus, & feſtucas inqvirimus, & judicamus, ſuperſedere Concilio poſſumus.*

Paucos igitur Articulos conſcripſi. Habemus enim jam anteà ſatis mandatorum DEI in Eccleſiâ, in Politiâ, in Oeconomiâ, qvibus ſatisfacere nunqvam poſſumus. Ad qvid ergò prodeſt copia iſta decretorum, traditionum & legum in concilio, cum præcipua capita à DEO mandata nec curentur, nec ſerventur? qvaſi verò DEUS in ludicris fabulis noſtris acqvieſcere, & interea ſua divina mandata pedibus

ut

ut conculcentur, ferre cogatur. Peccata autem noſtra nos aggravant, nec ſinunt DEUM nobis eſſe propitium, qvia pœnitentiam non agimus, & inſuper omnem abominationem defendere volumus.

O DOMINE JESU CHRISTE indicito & celebra tu ipſe Concilium & libera tuos adventu tuo glorioſo. Actum eſt de Papa & Pontificiis. Hi te non curant. Juva ergo nos miſeros & inopes, qvi ad te gemimus, & te ex corde qværimus, ſecundum gratiam, qvam nobis dediſti, per Spiritum Sanctum tuum, qvi tecum & cum Patre vivit, & regnat, benedictus in ſecula, Amen.

PRIMA PARS
De
SUMMIS ARTICULIS DIVINÆ MAJESTATIS.

ARTICULUS I.
De Unitate DEI.

PATER, FILIUS, & SPIRITUS Sanctus, in unâ divinâ essentiâ & naturâ, tres distinctæ Personæ, sunt Unus DEUS, qvi creavit cœlum & terram.

ARTICULUS II.
DE SS. TRINITATE Personarum.

PATER, à nullo, FILIUS à PATRE genitus est, SPIRITUS Sanctus à PATRE & FILIO procedit.

ARTICULUS III.
De Incarnatione Filii DEI.

NON PATER non SPIRITUS Sanctus sed FILIUS homo factus est.

ARTI-

ARTICULUS IV.

De ejusdem Nativitate, Passione, Resurrectione, &c.

FILIUS ita factus est homo, ut à SPIRITU Sancto sine virili opera conciperetur, & ex Maria, pura sancta semper virgine, nasceretur. Postea passus & mortuus est, sepultus, descendit ad inferna, resurrexit à mortuis, ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram DEI, venturus judicare vivos & mortuos &c. *Sicut de his Symbolum Apostolicum, & Athanasianum, & Catechismus noster puerilis, nos edocent.*

De his Articulis nulla est inter nos & Adversarios controversia, cum illos utrinq; confiteamur: quamobrem non est necesse, ut pluribus jam de illis agamus.

SECUNDA PARS EST
De
ARTICULIS, QVI OFFICIUM ET OPUS JESU CHRISTI, SIVE REDEMTIONEM NOSTRAM CONCERNUNT.

ARTICULUS I.
De Juſtificatione.

HIc primus & principalis Articulus eſt: Qvod JESUS CHRISTUS, DEUS & DOMINUS noſter, ſit propter peccata noſtra mortuus, & propter juſtitiam noſtram reſurrexit, Rom. 4. Et qvod ipſe ſolus ſit Agnus DEI, qvi tollit peccata mundi, Joh. 1. Et qvòd DEUS omnium noſtrum iniqvitates in ipſum poſuerit, Eſa. 53. Omnes peccaverunt & juſtificantur gratis absqve operibus ſeu meritis propriis ex ipſius gratia, per redemtionem, qvæ eſt in CHRISTO JESU, in ſangvine Ejus, Rom. 3.

Hoc cum credere neceſſe ſit, & nullo opere, lege, aut merito acqviri & apprehendi poſſit, certum eſt & manifeſtum, ſolam hanc fidem nos juſtificare, ſicut Paulus Rom. 3. inqvit: Statuimus, juſtificari hominem per fidem absqve operibus

ribus legis. Item, ut sit ipse justus & justificans eum, qvi est ex fide JESU CHRISTI.

De hoc Articulo cedere, aut aliqvid contra illum largiri, aut permittere nemo piorum potest, etiamsi cælum & terra, ac omnia corruant. Non enim est aliud nomen hominibus datum, per qvod salvari possimus (inqvit Petrus, Actor. 4.) Et per vulnera ejus sanati sumus, Esa. 53. Et in hoc Articulo sita sunt, & consistunt omnia, qvæ contra Papam, Diabolum, & universum Mundum in vita nostrâ docemus, testamur & agimus. Qvare oportet nos de hac doctrina esse certos, & minimè dubitare, alioqvin actum est prorsus; & Papa, & Diabolus, & omnia adversa jus, & victoriam, contra nos obtinent.

ARTICULUS II.
De Missa.

ARticulus secundus de Missa docet, qvod Missa in Papatu sit maxima & horrenda abominatio, simpliciter & hostiliter è diametro pugnans contra Articulum primum; qvæ tamen præ omnibus aliis Pontificis Idololatriis summa & speciosissima fuit. Statuerunt enim, qvòd sacrificium istud, seu opus Missæ, etiam ab impio ac perdito nebulone præstitum, liberet hominem à peccatis cum in hac vita, tum in purgatorio, cùm tamen solus Agnus DEI nos liberet, ut su-

pra dictum est. Hic nihil permittendum, nec cedendum est, qvia prior Articulus id non fert.

Cum sanioribus Pontificiis placidè hoc modo conferri posset.

Primùm: *Qvare tam rigidè Missæ patrocinium suscipiant, cum illa tantummodò sit hominum inventum, à DEO non mandata sit? Hominum vero inventiones tutò omittere possumus, ut CHRISTUS testatur, Matth. 15. Frustra colunt me mandatis hominum.*

Secundò, *Res est non necessaria, qva sine peccato & periculo omitti potest.*

Tertiò, *Sacramentum meliori & DEO magis accepto, imò hoc solo accepto salutari & beato modo secundum CHRISTI institutionem sumi potest. Cur igitur propter figmentum humanum & non necessarium, cum aliter & rectius res ipsa haberi possit, ad extremas miserias homines cogerentur & adigerentur?*

Curetur, ut publicè hominibus ostendatur, Missam ut rem commentitiam, seu humanum figmentum, posse sine peccato omitti, & neminem damnari, qvi Missam non curat, sed etiam sine Missa, meliore ratione homines salvari posse. Sic fiet, ut Missa sit ponte corruitura, non tantum in vulgò rudi, sed etiam in animis omnium piorum, Christianorum, & sanorum: Idqve multò magis, cum audierint, Missam esse qviddam valde periculosum, sine DEI Verbo & voluntate confictum, atq; inventum.

Qvare

Qvartò, *Cum fere innumeri, & inenarrabiles abusus in universo Mundo, ex negotiatione Missarum extiterint, abroganda meritò Missa est, ut abusus isti removeantur, etiamsi qvid utilitatis & boni in se contineret. Qvantò magis autem, cùm planè inutilis, non necessaria, & periculosa sit, & omnia utilium, atqve certius absqve Missa haberi possint, eam missam facere debemus, ut abusus istos tetros perpetuò fugiamus.*

Qvintò. *Cum Missa nihil sit aliud, nec aliud esse possit, (sicut Canon & omnes libri pronunciant) qvam opus hominum, (etiam impiorum nebulonum) qvo opere aliqvis seipsum, & alios unà cum seipso, cum DEO reconciliare, & remissionem peccatorum & gratiam impetrare & mereri conatur, (sic enim æstimatur Missa, cum maximè prædicatur: ad qvid enim alioqvi prodesset?) idea certè damnanda & rejicienda est. Hoc enim directè pugnat cum primario Articulo, qvi affirmat, non Missificum Sacerdotem, vel bonum vel malum, suo opere, sed agnum DEI & Filium DEI tollere peccata nostra.*

Qvod si qvis fucum facere, & prætendere vellet, si ex devotione sibi ipsi communionem exhibere velle, is longè erraret, nec seriò & ex animo loqveretur. Communio enim vera & certa est in Sacramento, qvæ sit secundum institutionem CHRISTI. Seipsum autem commu-

nicare, humana perſvaſio eſt, incerta, & non neceſſaria, imò prohibita.

Neſcit enim ille, qvid faciat, cum absq; Verbo DEI opinioni & figmento humano obſeqvatur.

Non etiam rectè facit is, (etiamſi res alioqvi plana eſſet) qvi Sacramentum proprium Eccleſiæ, extra Eccleſiæ communionem, ſine verbo DEI, ex propria qvadam devotione & affectione uſurpare vult.

In hoc Articulo de Miſſa, Concilium potisſimum ſudabit & coſummabitur. *Etſi enim poſſibile eſſet, ut omnes reliqvos Articulos nobis concederent: tamen hunc concedere non poterunt, qvemadmodum Campegius Auguſta dixit, ſe prius omnia tormenta, membrorum dilaniationem & mortem paſſurum, qvàm Miſſam miſſam facturum eſſe.* Et ego etiam, per DEI opem in cineres corpus meum redigi & concremari patiar prius, qvã ut Miſſarium ventrem, vel bonum vel malum, æqviparari CHRISTO JESU, Domino & Servatori meo, aut eo ſuperiorem eſſe feram *Sic ſcilicet in æternum disjungimur, & contrarii invicem ſumus.* Sentiunt qvidem optimè, cadente Miſſa, cadere Papatum. Hoc priusqvam fieri patiantur, omnes nos trucidabunt ſi poterunt.

Cæterum Draconis cauda iſta (Miſſam intelligo) peperit

rit multiplices abominationes & Idololatrias.

Primò *Purgatorium.* Missis enim pro animabus, item Vigiliis, septimis, & triceſimis, anniverſariis exeqviis, poſtremò vulgari ſeptimanâ, & omnium animarum die, balneis, & qvæ his affinia ſunt, innumeris aliis phantaſiis, irruerunt in purgatorium. *Sic miſſa propemodum pro ſolis defunctis fuit celebrata, cum tamen CHRISTUS Sacramentum pro ſolis viventibus inſtituerit.* Qvapropter purgatorium, qvicqvid ei ſolennitatis, cultus & qvæſtus adhæret, mera Diaboli larva eſt.

Pugnat enim cum primo Articulo, qvi docet CHRISTUM ſolum, & non hominum opera, animas liberare, & conſtat etiam, de mortuis nihil nobis divinitùs mandatum eſſe. Idcircò tutò omitti illud omne poteſt, etiamſi nihil erroris & Idololatriæ ei ineſſet.

Pontificii allegant Auguſtinum & qvosdam Patres, qvi de purgatorio ſcripſerint, & non putant nos intelligere, ad qvid & qvare ſic illi locuti ſint. Auguſtinus non ſcribit eſſe purgatorium, nec etiam habet teſtimonium Scripturæ, qvo nitatur, ſed in dubio relinqvit, num ſit, & inqvit, matrem ſuam petiiſſe, ut ſui commemoratio fieret ad Altare ſive Sacramentum. At hoc in univerſum nihil, niſi hominum, & qvidem unius atqve alterius, devo-

tio

tio fuit, non constituens Articulum fidei, id qvod solius DEI est.

Nostri autem Pontificii sententias istas hominum citant, ut fides habeatur tetris, blasphemis, & maledictis nundinationibus de Missis pro animabus in purgatorio, seu de inferiis, & oblationibus, &c. Sed ex Augustino nunqvam ista probabunt. Et cum nundinationes istas, & Missas purgatorio destinatas aboleverint, qvæ ne per somnium qvidem Augustino in mentem venerunt, colloqvemur tandem cum illis, an Augustini dicta, destituta Verbo, sint admittenda, & an mortuorum commemoratio ad Eucharistiam sit facienda.

Ex Patrum enim verbis & factis non sunt extruendi Articuli fidei: alioqvin etiam Articulus fidei fieret victus ipsorum, vestimentorum ratio, domus &c. qvemadmodum cum reliqviis sanctorum luserunt. Regulam autem aliam habemus, ut videlicet Verbum DEI condat Articulos fidei & præterea nemo, ne Angelos qvidem.

Secundo, *hoc etiam inde evenit, ut Cacodæmones malitiam suam exercerent, & ceu anima defunctorum apparerent*, Missas, vigilias, peregrinationes, & eleemosynas exigerent, horrendis mendaciis & ludibriis, qvæ omnia oportuit nos pro Articulis fidei recipere, & vitam secundum illa instituere, atqve hæc Papa confirmavit, sicut & Missam, & alias abominationes omnes,

omnes. In his ergò cedere, aut aliqvid concedere nec poſſumus, nec debemus.

Tertio, ortæ inde ſunt *Peregrinationes.* Ad has etiam poſtulatæ ſunt Miſſæ, remiſsio peccatorum, & gratia DEI. Miſſa enim omnia gubernavit. Conſtat autem certò, peregrinationes iſtiusmodi carentes Verbo DEI, nobis mandatas non eſſe, nec eſſe neceſſarias, cum melius ad animæ curam pervenire, & ſine peccato & periculo peregrinationes illas omittere poſsimus.

Cur domi vocationes, Parochiæ, Verbum DEI, uxores & liberi, &c. deſeruntur, qvorum cura neceſſaria & mandata eſt, & non neceſſarii, incerti, periculoſi, & Diabolici ignes verè fatui ſeu errores illis præferuntur? Sic ſcilicet Satanas Papam dementavit, ut iſta laudaret & ſtabiliret, & multi magno numero à CHRISTO ad propria ſua opera deſciſcerent, & Idololatræ fierent, qvod omnium peſsimum eſt, cum alioqvi res ipſa per ſe nec neceſſaria, nec præcepta ſit, ſed conſilio & certitudine deſtituatur, & planè noxia ſit. Qvamobrem hic cedere, aut concedere aliqvid non licet, &c. *Atqve hoc pro concione docendum, peregrinationes iſtas eſſe non neceſſarias, ſed perniciosas, & poſtea videatur, ubinam peregrinationes maneant. Sic enim ſponte corruent.*

Qvarto, *Fraternitates ſeu ſocietates.* Cœnobia enim, Canonicatus, & Vicariſtæ, ſcriptis ſe obligarunt, & communicaverunt (contractu cer-

certo,& emtione confirmatâ) Missas omnes, & bona opera &c. pro vivis & mortuis. Hoc non tantum prorsus humanum figmentum est, sine Verbo DEI, non necessarium, non mandatum, sed etiam contra primarium Articulum Redemtionis. Qvare nec admittendum, nec ferendum.

Qvintò, *Reliqvia sanctorum*, refertæ multis mendaciis, ineptiis, & fatuitatibus. Canum & eqvorum ossa ibi sæpè reperta sunt. Et licet aliqvid fortè laudandum fuisset, tamen propter impòsturas istas, qvæ Diabolo risum excitarunt, jam dudum damnari debuissent, cum præsertim careant Verbo DEI, & non necessariæ & inutiles sint. Estqve hoc omnium teterrimum, qvòd finxerunt, istas reliqvias Indulgentiam & remissionem peccatorum operari; & loco cultus DEI & boni operis, sicut Missa nullas venerati sunt, &c.

Sextò, huc pertinent *Indulgentiæ* vivis & defunctis pro pecunia attributæ, qvibus sacrilegus & damnatus ille Judas seu Papa meritum CHRISTI, & merita superflua omnium sanctorum & totius Ecclesiæ, vendidit, &c. qvæ omnia & singula neqvaqvam ferenda sunt, qvia carent Verbo DEI, non sunt mandata, non sunt necessaria, sed pugnant cum Articulo primo. Meritum enim CHRISTI non nostris operibus, aut nummis, sed per fidem ex gratia apprehenditur & obtinetur, sine pecunia & merito, non per

Papæ

Papæ poteſtatem, ſed per prædicationem Verbi Dei oblatum & propoſitum.

DE INVOCATIONE SANCTORUM.

INvocatio ſanctorum eſt etiam pars abuſuum & errorum Antichriſti, pugnans cum primo principali Articulo, & delens agnitionem CHRISTI. Non etiam eſt mandata, nec conſilio, nec exemplo, nec teſtimonio Scripturæ nititur. Omnia in CHRISTO meliùs & certiùs nobis ſunt propoſita, ut non egeamus invocatione ſanctorum, etiamſi res pretioſa eſſet, cùm tamen ſit res maxime pernitioſa.

Etſi Angeli in cœlo pro nobis orent (ſicut ipſe qvoqve CHRISTUS facit) & ſancti in terris, & fortaſſis etiam in cœlis: tamen inde non ſeqvitur, Angelos & Sanctos à nobis eſſe invocandos, adorandos, jejuniis, feriis, Miſſis, oblationibus, temporum, Altarium, cultuum fundationibus, & aliis modis honorandos, ut Patronos & Interceſſores, & unicuiqve eorum certa auxilia eſſe tribuenda, ut Papiſtæ docent & faciunt. Hoc enim Idololatricum eſt, & hic honos ſoli DEO tribuendus eſt. Potes qvidem, ut Chriſtianus & Sanctus in terris pro me orare, non in una tantùm, ſed in omni neceſſitate, propterea autem non debeo te adorare, invocare, ferias, jejunia, oblationes, Miſſas in tui honorem & cul-

cultum celebrare, & fidem ad ſalutem meam tibi mancipare, cum aliis modis te honorare, diligere, & tibi gratias agere in CHRISTO poſſim.

Hic ergo idololatricus cultus de Angelis & defunctis ſanctis ſi ſublatus fuerit, reliqva veneratio periculo carebit, & citò oblivioni tradetur. Ubi enim ſpes commodi & ſubſidii corporalis & ſpiritualis ademta fuerit, ibi cultus Sanctorum facilè evaneſcet, ſive illi ſint in ſepulcris, ſive in cœlis. Fruſtra enim, aut ex mera charitate, nemo ipſorum facile recordabitur, nec eos colet, & honore divino afficiet.

Summatim: *Qvicqvid Miſſæ pontificiæ eſt, & qvicqvid habet, qvod ex ea natum eſt, & qvicqvid ei adhæret, id univerſum ferre non poſſumus, ſed damnare cogimur*, ut venerandum Sacramentum, purum & certum, ſecundùm inſtitutionem CHRISTI, per fidem uſurpatum & acceptum, retinere poſſimus.

ARTICULUS III.

De Collegiis Canonicorum, Cathedralibus & Monaſteriis.

COllegia Canonicorum & Cœnobia, olim optimâ intentione majorum fundata ad educandos viros doctos, & caſtas ac modeſtas fœminas

minas, debebant rursum converti in talem usum, ut Pastores, Concionatores & alii Ecclesiarum Ministri haberi possent, item, alii idonei ad politicam administrationem, sive ad Rempublicam, in civitatibus & Regionibus, ac piè educatæ virgines ad OEconomiam & liberorum educationem, &c.

Hunc usum si non retineant, consultum est, ut vasta deserantur, aut diruantur potiùs, quam ut Idololatricis cultibus & figmentis hominum propagata præferantur Christiana vitæ, & à DEO mandatis officiis & vocationibus. Hæc enim omnia pugnant cum primo principali Articulo de Redemptione, facta per JESUM CHRISTUM. Quid, quòd sicut alia hominum somnia, non sunt præcepta, non necessaria, non utilia, sed periculosa, & causam præbent vano labori, molestiis periculosis, & cultui infrugifero, quem Prophetæ appellant Aven, id est dolorem & laborem.

ARTICULUS IV.

De Papatu.

QVartus Articulus de Papatu docet, quòd Papa non sit jure divino seu secundùm Verbum DEI, caput totius Christianitatis, (hoc enim nomen uni & soli JESU CHRISTO debetur) sed tantùm Episcopus & Pastor Ecclesiæ, quæ est ROMÆ, & eorum, qui voluntariè, & sponte

& ſpontè vel per humanam Creaturam, id eſt, politicum Magiſtratum, ſe ad eam conferunt, non ut ſub ipſo tanqvam ſub DOMINO vivant, ſed ut cum eo tanqvam fratres, Collegæ, ſodales, Chriſtiani ſint, qvemadmodum hoc ipſum vetera Concilia & ætas Cypriani oſtundunt.

Hodie vero nullus Epiſcoporum audet Papam nominare fratrem, ut ætate Cypriani factum eſt, ſed oportet, ut Epiſcopi, imò Cæſares & Reges, Papam appellent omnium gratioſisſimum Dominum.

Hanc arrogantiam bona conſcientia nec volumus, nec poſſumus, nec debemus, probare. Qvi verò ſe ei ſubjicere voluerit, faciat id ſuo periculo ſine nobis.

Hinc ſeqvitur, omnia, qvæ Papa ex tam arrogante, temeraria, mendace, blaſphema, & furto arrepta poteſtate ſuſcepit & fecit, & adhuc facit, tuiſſe, & eſſe merè Diabolica acta & inſtituta, (exceptâ politici regni adminiſtratione, ubi DEUS ſæpè etiam per tyrannos, & perfidos nebulones populo alicui benefacit) ad perditionem totius ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ ſeu Chriſtianæ (qvantum in ipſo eſt) & ad deſtructionem primi & præcipui Articuli de Redemptione facta per JESUM CHRISTUM.

Proſtant enim omnes ipſius Bullæ & libri, in qvibus rugit ut leo, (ut Angelus Apoc. 11. ſignificat) clamitans, neminem Chriſtianorum poſſe ſalvari, niſi ei obediat, & ſubjectus ſit, in omni-

omnibus qvæcunqve vult, qvæcunqve dicit, qvæcunqve facit.

Hoc totum qvid aliud dictum eſt, niſi, licet in CHRISTUM credas, & omnia, qvæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, in ipſo ſolo habeas, tamen te nihil proficere, niſi Papam habeas & colas ut DEUM tuum, & ei ſubditus ſis, & obedias? cùm tamen manifeſtum ſit, ſanctam Eccleſiam ſine Papa fuiſſe ad minimum ultra qvingentos Annos, & adhuc hodiê Græcorum & multarum aliarum lingvarum Eccleſias nec fuiſſe hactenus, nec adhuc eſſe ſub Papa. Taceo, qvòd, ut ſæpè dictum eſt, hominum hoc figmentum ſit, non mandatum non neceſſarium, non utile. Sancta enim Chriſtiana ſive Catholica Eccleſia conſiſtere absqve iſto capite optimè poteſt, & conſtitiſſet certè rectiùs, ac meliùs cùm ea ageretur, niſi Diabolus illud caput in medium projeciſſet & exaltáſſet. Et certum eſt Papatum nullius eſſe uſus in Eccleſia, qvia nullum Eccleſiaſticum officium exercet. Et neceſſe eſt, Eccleſiam permanere & conſiſtere ſine Papa.

Pono autem, Papam fateri, ſe non jure divino, ſive ex mandato DEI, eſſe Supremum, ſed, ut concordia & Unitas Chriſtianorum adverſus ſectarios & hæreticos commodiùs conſervari poſſit, caput certum eſſe eligendum, cui cæteri omnes qvaſi innitantur, atqve tale caput per homines eligi, & in hominum qvoqve electione & poteſtate ſitum eſſe, illud caput ut mutet

tet & ſemoveat, ſicut Conſtantienſe Concilium hac propemodum ratione tres Papas removit, & quantum elegit: Pono, inquam, hac à Papa & ſede Romana à ita dici & accipi (quod tamen impoſſibile eſt: ſic enim univerſum ſuum regnum & ſtatum immutari, everti, & deſtrui pateretur, omniaq; jura & volumina ſua, id quod, ut paucis dicam, nunquam faciet) tamen neque hoc modo conſuleretur Eccleſia Chriſtiana, ſed plures, quàm antea, ſecta oritura eſſent. Si enim non ex mandato DEI, verùm ex hominis libera voluntate Capiti iſti obedientia præſtanda eſſet, facilè & brevi tempore contemtum, tandem nullum membrum retineret, nec etiam perpetuò Roma aut quovis alia in loco illud eſſe oporteret, ſed ubicunque & in quacunque Eccleſia DEUS virum talem, qui ad tantum munus obeundum idoneus eſſet, largiretur. Hac res perplexa & confuſionis plena futura eſſet.

Quapropter Eccleſia nunquam meliùs gubernari & conſervari poteſt, quam ſi omnes ſub uno capite, quod eſt CHRISTUS, vivamus, & Epiſcopi omnes, pares officio, (licet diſpares ſint quoad dona,) ſumma cum diligentia conjuncti ſint unanimitate doctrinæ, fidei, Sacramentorum, orationis, & operum caritatis, &c. ſicut S. Hieronymus ſcribit, ſacerdotes Alexandriæ communi operà gubernaſſe Eccleſias. Et Apoſtoli idem fecerunt, ac poſtea omnes Epiſcopi in toto Orbe

Orbe Christiano, donec Papa caput suum super omnes attolleret.

Hac doctrina praclarè ostendit, Papam esse ipsum verum Antichristum, qui supra & contra CHRISTUM sese extulit & evexit, quandoquidem Christianos non vult esse salvos sine sua potestate, quo tamen nihil est, & à DEO nec ordinata, nec mandata est. Hoc propriè loquendo est se efferre supra & contra DEUM, sicut Paulus 2. Thess. 2 loquitur. Et hoc profectò nec Turca, nec Tartari faciunt, quantumvis sint Christianorum atroces hostes, sed permittunt, ut credat in CHRISTUM, quicunque voluerit, & accipiunt tributum, & obedientiam externam sive corporalem à Christianis. Papa verò prohibet hanc fidem, ajens, sibi obediendum esse, si quis salvari velit. Hoc autem facere nolumus, etiam si nobis propterea moriendum sit in Nomine DOMINI Et id in universum inde oritur, quod Papa Jure divino voluit esse summum caput Christiana Ecclesia. Ideò se ipsum CHRISTO aquiparavit. & supra CHRISTUM tandem extulit, & se Caput, deinde Dominum Ecclesia postèa totius Mundi & simpliciter terrestrem Deum praedicari voluit, donec etiam ipsis Angelis in cœlo praecipere hac & illa conaretur. Et cùm instituitur discrimen inter dogma Papæ, & Sacram Scripturam, & utriusque fit collatio, manifestè patet, Papæ dogma, etiam optimum,

ex civili, Cæsareo, & Ethnico jure concinnatum esse, & politica negotia & Judicia seu jura tractare, sicut ostendunt Decretales: Deinde proponere Ceremonias de templis, vestibus, cibis, personis & similibus ludicris, larvis & jocularibus, supra modum, & inter hæc omnia nihil planè de CHRISTO, fide, & mandatis DEI: Postremò repræsentare ipsum Diabolum, dum mendacia Papalia de Missis, Purgatorio, Monastica vita, operibus propriis, & cultibus fictitiis (in qvibus singulis merus Papatus fundatur & consistit) supra & contra DEUM urget & disseminat, & omnes Christianos, qvi has Papæ abominationes super omnia prædicare & honorare nolunt, damnat, trucidat, excruciat. Qvare sicut Diabolum ipsum non possumus adorare, & pro Domino & Deo colere, ita nec ejus Apostolum Papam seu Antichristum in regno ejus, ut caput & Dominum ferre possumus. Mentiri enim & occidere, animas & corpora in æternum perdere, Pontificii regni proprium est, sicut hoc ipsum multis libris evidentissimè ad oculum demonstravi.

Hi Articuli qvatuor sufficiant, qvos in Concilio sibi damnandos proponant. Non enim vel minimum punctulum in his Articulis nobis concedent. Et de hoc certos nos esse oportet, & præmonitos, ac obfirmatos firma spe, CHRISTUM DOMINUM nostrum irruisse in Adversarium suum, qvem, & insecuturus, & con-

& confectum eſt ſpiritu [& adventu ſuo, Amen.

Nam in Concilio ſtabimus non coram Cæſare, aut politico Magiſtratu, ſicut Auguſta Vindelicorum, (ubi Cæſar clementiſſimum edictum promulgans, benignè & placidè cauſam, & rem ipſam audiri volebat) ſed coram Papa, ac ipſo Diabolo comparebimus, qui nihil audire vult, ſed ſimpliciter indictâ cauſâ damnare, occidere, & ad idololatriam vi cogere. Quare hic non ſunt nobis exoſculandi pedes ejus, nec dicendum: Gratioſiſſimus Dominus es, ſed quemadmodum in Zachariâ Angelus ad Satanam dicebat: Increpet Dominus te, Satana.

TERTIA PARS
ARTICULORUM.

De Seqventibus Articulis agere poterimus cum doctis, & prudentibus Viris, vel etiam inter nos ipsos. Papa & regnum Pontificium illos non magnopere curant, Conscientia enim apud eos nihil est, sed pecunia, gloria, honores, potentia, ipsis sunt omnia.

ARTICULUS I.
De Peccato.

HIc confitendum nobis est, ut Paulus Rom. 5. affirmat, peccatum ab uno homine Adamo ortum esse & introiisse in mundum, per cujus inobedientiam omnes homines facti sunt peccatores, morti & Diabolo obnoxii. *Hoc nominatur originale, hæreditarium, principale, & capitale peccatum.*

Hujus peccati fructus posteà sunt mala opera in Decalogo prohibita, *ut sunt diffidentia, incredulitas, falsa fides sive κακοπιστία, idololatria, sine DEI timore esse, præsumtio seu temeritas, desperatio, cæcitas seu excæcatio, &c. ut summatim dicam, DEUM non agnoscere, non curare. Deinde, mentiri, nomine DEI abuti, pejerare, non orare, non invocare, Verbum DEI con-*

contemnere vel negligere, parentibus immorigerum esse, occidere, lascivire, furari, decipere, &c.

Hoc peccatum hæreditarium tam profunda & tetra est corruptio naturæ, ut nullius hominis ratione intelligi possit, sed ex scripturæ patefactione agnoscenda & credenda sit, Psalm. 51. Rom. 5. Exod. 33. Genes. 3. *Quapropter meri sunt errores, & caligines contra hunc Articulum, Scholasticorum doctorum dogmata, quibus docetur:*

Post Adæ lapsum, hominis naturales vires mansisse integras & incorruptas, & Hominem naturaliter habere rationem rectam, & bonam voluntatem, sicut Philosophi docent.

Et: Hominem habere liberum arbitrium faciendi bonum, & omittendi malum, & econtra, omittendi bonum, & faciendi malum.

Item, Hominem posse naturalibus viribus omnia mandata DEI servare & facere.

Et: Posse naturalibus viribus DEUM super omnia diligere, & proximum, sicut seipsum.

Item, Si faciat homo, quantum in se est, DEUM largiri ei certò suam gratiam.

Et: Si accedere velit homo ad Eucharistiam, non opus esse bono propositio rectè faciendi, sed sufficere, si non adsit malum propositum peccandi: tam bonam scilicet esse naturam, & tantam esse vim Sacramenti.

Item, Non posse ex Scriptura probari, ad bonum opus necessario requiri Spiritum Sanctum & ejus gratiam,

Talia & similia portenta orta sunt ex inscitia, & ignorantia peccati, & CHRISTI Servatoris nostri: suntqve verè & merè Ethnica dogmata, qvæ tolerare non possumus. Si enim ista approbantur, CHRISTUS frustra mortuus est, cùm nullum peccatum & damnum sit in homine, pro qvo mori eum oportuerit: aut solummodo pro corpore mortuus diceretur, non pro anima, qvandoqvidem anima prorsus sana, & solum corpus morti obnoxium perhiberetur.

ARTICULUS II.

De Lege.

SEntimus, Legem à DEO datam esse, *primùm, ut peccatum prohiberetur comminationibus & metu pœnarum. Item promissione & annunciatione gratiæ & beneficiorum.* Sed hæc omnia propter malitiam, qvam peccatum in homine effecit, malè cesserunt.

Qvidam enim inde deteriores redditi fuerunt, qvi scilicet legem oderunt prohibentem ea, qvæ facere ipsi mallent, & præcipientem, qvæ gravatim præstant. Qvare, nisi pœna coërceantur, plura patrant contra legem, qvam antea. Atqve hi sunt mali, effrenes, & securi homines, qvi per-

pe-

petrant mala, qvoties occasionem aliqvam offerri sibi animadvertunt.

Qvidam verò arrogantiâ & cœcitate percutiuntur, & insolenti opinione tenentur, se servare, & posse servare legem viribus suis, sicut iam paulò antè de Scholasticis doctoribus dictum est. Hinc Hypocritæ & Justitiarii, seu in speciem sancti, proveniunt.

Præcipuum autem officium & ἐνέργεια legis est, ut peccatum originale & omnes fructus ejus revelet, & homini ostendat, qvàm horrendum in modum natura ejus lapsa sit, & funditùs ac totaliter depravata, ita ut lex ei dicat, hominem nec habere, nec curare DEUM, & adorare alienos Deos: Id qvod anteà, & sine lege, homo non credidisset. Hac ratione perterrefit, humiliatur, prosternitur, desperat de se ipso, & anxiè desiderat auxilium, nec scit, qvò fugiat, incipit irasci DEO, & ob murmurare præ impatientia. Hoc est, qvod Paulus inqvit, Rom. 4. Lex iram inoperatur. Et Rom. 5. Lex, auget peccatum. Lex subintravit, ut abundaret delictum.

ARTICULUS III.

De Pœnitentia.

HOc officium Legis retinetur in Novo Testamento, & in eo exercetur, ut Paulus Rom. 1. facit, inqviens: *Ira DEI de cœlo revelatur*

latur ſuper omnes homines. Et 3. *Omnes ſunt rei coram DEO. Nemo hominum juſtus eſt coram eo.* Et CHRISTUS Joh. 16. inqvit: *Spiritus Sanctus arguet mundum de peccato.*

Hoc igitur fulmen eſt DEI, qvo & manifeſtos peccatores, & hypocritas proſternit, & nullum juſtum pronunciat, ſed omnes ad terrorem & deſperationem adigit. Hic malleus eſt, ut Hieremias inqvit: *Verbum meum qvaſi malleus conterens petras. Hac non eſt activa ſeu factitia & accerſita, ſed paſſiva contritio,* conſcientiæ cruciatus, vera cordis paſſio & ſenſus mortis.

Scilicet incipit vera pœnitentia. Et hîc homo audit ſententiam promulgari dicentem: Qvodqvot eſtis, nihil eſtis, ſive manifeſti peccatores, ſive opinione veſtra ſancti ſitis. Omnes vos alios fieri oportet, & aliter operari, qvàm qvales nunc eſtis, ſicut jam operamini, qvalescunqve ſane ſitis, magni, ſapientes, potentes, ſancti. In ſumma, hîc nemo juſtus, ſanctus, pius eſt.

Huic officio Novum Teſtamentum ſtatim adjungit conſolationem & promiſſionem gratiæ Evangelii, cui credendum eſt, ſicut CHRISTUS inqvit, Marc 1. *Agite pœnitentiam, & credite Evangelio,* id eſt, fiatis alii, & faciatis aliter, & credatis meæ promiſſioni. Et ante CHRISTUM Johannes nominatur præco pœnitentiæ, ſed ad remiſſionem peccatorum, hoc eſt, Johannes omnes arguit, & peccatores eſſe evicit, ut ſcirent

rent, qvid coram DEO essent, & seipsos agnoscerent, ut perditos homines; atqve ita DEO appararentur ad gratiam amplectendam, & remissionem peccatorum ab eo sperandam & accipiendam. Sic etiam CHRISTUS, Luc. 24. ipse inqvit: *In Nomine meo ubiqve prædicanda est pœnitentia & remissio peccatorum inter omnes gentes.*

Qvando autem Lex hoc officium suum sola exercet, sine Evangelio, nihil aliud, nisi mors & infernus hominem opprimunt, prorsus desperantem, ut Saulem & Judam, sicut Paulus testatur, Legem per peccatum hominem morti tradere. E contra Evangelium adfert consolationem & remissionem, non uno tantum modo, sed per Verbum, Sacramenta, & similiter, qvemadmodum audiemus paulò post, ut ita redemtio apud DEUM sit copiosa, ut in 130. Psalmo scriptum est, contra horrendam captivitatem peccati.

Nunc porrò falsam pœnitentiam Sophistarum cum vera pœnitentia conferemus, ut utraq; melius intelligi possit.

DE FALSA POENITENTIA PONTIFICIORUM.

IMpossibile fuit, Pontificios rectè docere de pœnitentia, cum verum Peccatum non recte agnoverint. Nam, ut suprà ostensum est, de pec-

cato originali non rectè ſentiunt, qvia ajunt, *naturales vires hominis manſiſſe omninò integras & incorruptas; & rationem rectè poſſe docere ac voluntatem poſſe ea, qva docentur, præſtare; & DEUM certò donare ſuam gratiam, cùm homo tantum facit, qvantum in ſe eſt, ſecundùm liberum ſuum arbitrium.*

Ex hoc dogmate ſeqvitur, tantùm ob actualia peccata agendam eſſe pœnitentiam, *ut ſunt* malæ cogitationes, qvibus homo obtemperat, (*concupiſcentia enim, vitioſi affectus, inclinatio, libido, & affectio prava, ſecundum illos non ſunt peccata*) ſermones mali, mala opera, qvæ voluntas libera omittere potuiſſet.

Huic Pœnitentiæ adjungunt tres partes: *Contritionem*, *Confeſſionem*, & *Satisfactionem*, additâ grandi conſolatione & pollicitatione remiſſionis peccatorum, meriti, expiationis peccatorum, ac plenariæ redemtionis coram DEO, *ſi homo verè doleat, confiteatur, & ſatisfaciat.* Sic in pœnitentia homo ad fiduciam propriorum operum ducitur. Hinc orta eſt vox, qvæ in ſuggeſtis, cùm prælegeretur vulgo publica abſolutio, uſurpata fuit: *Prolonga DEUS vitam meam, donec pro meis peccatis ſatisfecero, & vitam meam emendavero.*

Hic altum fuit ſilentium *de CHRISTO & Fide*, & tantùm opinio, & ſpes fuit de propriis operibus, qvibus peccata coram DEO delerentur.

tur. Et hanc ob causam facti sumus Sacrifici & Monachi, ut nos ipsos peccato opponeremus.

Qvod ad *contritionem* attinet, cùm nemo posset omnia peccata sua in memoria retinere, præsertim per integrum Annum commissa, centones hos assuebant, *si memoria peccati absconditi fortè recurreret, etiam illud sufficiente contritione deflendum & confitendum esse, &c.* Interea DEI gratiæ homo committebatur.

Cùm etiam nemo sciret, qvanta contritio esse deberet, qvæ coram DEO sufficeret, dicebant, *si qvis contritionem non haberet, eum saltem attritionem habere oportere*, id est, *dimidiam qvasi contritionem, vel initium contritionis.* Hæc vocabula ipsi nec intellexerunt, nec intelligunt, minus qvàm ego. Et attritio reputabatur pro contritione, venientibus ad confessionem.

Et cum qvis diceret, se non posse habere contritionem, seu non dolere posse ob peccata sua (ut fieri potuit in illicito amore, aut vindictæ cupiditate, & cæteris) *interrogabant, an is non optaret, & cuperet dolere? Respondenti, cupere se* (qvis enim, nisi ipse Diabolus, negaret se cupere?) *accipiebant hoc pro contritione, & remittebant peccata propter hoc bonum ipsius opus, qvo nomine contritionis ornabant.* Hic allegabant exemplum Bernhardi &c.

Videmus autem, qvàm palpet & titubet cæca ratio in rebus divinis, consolationem qvæ

rat in propriis operibus, pro sua opinione, & CHRISTI & fidei prorsus obliviscatur. Qvod *si res ipsa perspicue consideretur, contritio ista est factitia & fictitia cogitatio seu imaginatio ex propriis viribus, absqve fide, absqve agnitione CHRISTI.* Et in ista contritione miser peccator forte recordans suæ flammæ, & cupiditatis vindictæ, vel ridere vel lacrymare potius potuit, qvam aliud cogitare, exceptis iis, qvi vel legis fulmine tacti, vel Diabolo spiritu tristitiæ afflicti fuerunt. His, inqvam, exceptis, *Contritio ista fuit mera hypocrisis, & peccati flammas non mortificavit.* Oportuit enim homines dolere, cum libentius peccassent, si liberum ipsis fuisset.

Confessio sic instituebatur, *ut homines juberentur omnia sua peccata enumerare,* (qvod factu impossibile est,) Hæc ingens carnificina fuit. *Et si qvis qvorundam peccatorum oblitus esset, is eatenus absolvebatur, ut, si in memoriam illa recurrerent, ea postea confiteretur.* Nemo igitur scire potuit, num unqvam sufficienter, purè, & rectè confessus esset, & qvando confessionis finis futurus esset. Et tamen nihilominus ducebantur homines ad propria sua opera, & hæc consolatio ipsis proponebatur: *Qvo confessio esset purior, magis ingenua & aperta, pudore & ignominia coram sacerdote suffusa, eò satisfactionem pro peccato esse pleniorem; & humilitate illa certò ac merito gratiam*

tiam DEI impetrari. Nulla hîc fides, nullus CHRISTUS erat. Et virtus abſolutionis non explicabatur confitenti, ſed conſolatio ejus in enumeratione peccatorum & padefactione conſiſtebat. Nemo autem recitare poteſt miſerias, carnificinas, fraudes & idololatrias ex Confeſſione iſta natas.

Cæterum *ſatisfactio* longè perplexior eſt. *Nemo enim ſcire poterat, quantum faciendum eſſet pro uno tantum peccato, nedum pro omnibus.* Hîc arte utebantur, & parum ſatisfactionum imponebant, qvæ etiam facilè ſervari poterant, ut qvinqve orationes dominicas, jejunium unius diei &c. Cætera, qvæ in pœnitentia deſiderari dicebant, relegabant ad purgatorium.

Hic qvoqve magna calamitas oriebatur. Qvidam enim metuebant, ſe in æternum ex purgatorio non liberari poſſe, cùm ſecundum veteres Canones, pro uno peccato mortali pœnitentia ſeptennis ſeu ſeptem annorum conſtituta eſſet. Et tamen fiducia ſemper collocata erat in noſtro opere ſatisfactionis; ac ſi ſatisfactio potuiſſet eſſe perfecta, tota fiducia in eam conjecta fuiſſet nec opus fuiſſet, CHRISTO & fide. At impoſſibilis illa erat. Et ſi qvis centum annos pœnitentiam iſta ratione exercuiſſet, nondum certus tamen de ſufficientia, perfectione, & fine pœnitentia ſua fuiſſet. Hoc ſcilicet erat perpetuò pœnitere, & nunqvam ad pœnitentiam pervenire.

Hac de cauſa ſedes iſta Romana ſancta miſeræ Eccleſiæ ſubveniebat, & *Indulgentias* effingebat, qvibus remittebatur, & abolebatur expiatio ſeu ſatisfactio, primum particulatim, ad annos ſeptem, centum, &c. & eas diſtribuebat inter Cardinales, & Epiſcopos, ita, ut qvidam annos centum, qvidam ad dies centum indulgentiam conferrent. Totam autem ſatisfactionem relaxandi poteſtatem ſibi reſervabat.

Hac ratione cùm accreſceret pecunia, & nundinatio bullarum eſſet fructuoſa, excogitavit *annum aureum, Jubilaum*, verè auriferum (Jubel-Jahr/ Gülden-Jahr/) qvem Romæ celebrari voluit. *Hunc appellabat remiſſionem omnis culpæ & pœnæ.* Accurrebunt igitur plurimi, qvia ab onere moleſtisſimo liberari unusqvisqve cupiebat. Hoc erat effodere & conqvirere theſauros terræ. Mox Papa annos aureos multiplicabat, & alium ſuper alium accumulabat, & qvò plus auri devorabat, eò plus fauces ipſius appetebant.

Ideoqve per legatos ſuos mittebat annos iſtos pasſim in Provincias, qvoad omnia templa & domus annis aureis opplerentur. *Tandem irruebat etiam in Purgatorium ad defunctos, primum, Miſſarum & Vigiliarum fundatione; deinde indulgentiis & Anno aureo, & animas tam vili pretio æſtimabat, ut unam pro ſex nummis liberam pronuncians dimitteret.* Neqve tamen hoc qvoqve ſufficiebat. Papa enim, etſi

etsi jubebat homines Indulgentiis istis tuto fidere ad salutem: tamen ipse rem universam denuò incertam, in dubium vocabat. Nam in Bullis suis scribit: *Eum, qui Indulgentiarum seu jubilæi Anni particeps fieri velit, oportere contritum, & confessum esse, ac pecuniam numerare.* Audivimus autem supra, Contritionem & Confessionem illorum esse incertam & hypocriticam. Nemo etiam sciebat, qvæ anima in Purgatorio esset, ac si qvæ in eo esse dicebantur, nemo sciebat, qvæ rectè & contritæ & confessæ fuissent. Sic Papa sanctum denarium corradebat, & interea ducebat homines ad fiduciam potestatis & indulgentiarum suarum, & rursum inde abducebat ac remittebat ad incerta ipsorum opera & merita.

Cumq; nonnulli essent, qvi se actualium peccatorum istorum, vel cogitationibus, vel verbis vel factis commissorum, non agnoscebant reos; qvemadmodum ego & mei similes in Monasteriis & fundationibus, seu Sacerdotum sodalitiis, seu Collegiis Monachi & flamines, jejuniis, vigiliis, orationibus, Missarum celebrationibus, duris lectisterniis & vestibus, &c. resistere conabamur malis cogitationibus, & violenter sancti esse volebamus; & licet innatum malum sæpe etiam inter dormiendum (sicut Augustinus & Hieronymus & alii qvoqve conqveruntur) naturam suam exerceret: tamen nos multo sanctos esse æstimabamus, sicut docebā-

bamus, ſine peccato, & plenos operum bonorum, uſque adeo, ut bona opera noſtra etiam aliis, quaſi ſuperflua in nobis, ad ſalutem conſequendam communicaremus & venderemus, id quod ita factum eſſe teſtantur ſigilla, litera, exempla, quæ extant.

Cum igitur, inquam, tales eſſent, hi pœnitentia non indigebant. Quæ enim contritio poterat eſſe in iis, qui malis cogitationibus non aſſentirentur? Quæ confeſſio de verbis non prolatis? Quæ ſatisfactio pro non factis, ſeu pro innocentia, quæ aliis miſeris peccatoribus ſuperabundans juſtitia vendi poterat? Tales hypocritæ & ſancti erant tempore CHRISTI etiam Phariſæi & Scribæ.

Hic exurgit Angelus ille igneus B. Johannes, præco verus veræ pœnitentiæ, & tonitru ac fulmine uno ferit ambos (vendentes & ementes opera) inquiens: Agite pœnitentiam. Attamen egimus pœnitentiam, ajunt miſeri illi. Cæteri verò dicunt, non indigemus pœnitentia. Johannes autem inquit: Ambo agite pœnitentiam, qui falſi eſtis pœnitentiarii, & cæteri ſunt falſi ſancti ſeu hypocritæ, & ambo indigetis remiſſione peccatorum, cùm nondum ſciatis, quid ſit verè peccatum, nedum ut de eo pœnitere, & fugere illud poſſitis. Nullus veſtrum bonus eſt, pleni eſtis incredulitate, nuditate & ignorantia DEI & voluntatis DEI. Præſens enim hîc coram adeſt, de cujus plenitudine nos

omnes

omnes accipere oportet gratiam pro gratia. Et nemo hominum ſine ipſo coram DEO juſtus eſſe poteſt. Quare ſi pœnitentiam agere volueritis, rectè illam agite: veſtra pœnitentia nulla eſt. Et vos hypocrita, qui non egetis pœnitentia, vos genimina viperarum, quis vos certos reddidit, ut fugeretis à ventura ira? &c.

Eodem modo etiam Paulus Rom. 3. concionatur: Non eſt juſtus quisquam, non eſt intelligens, non eſt requirens DEUM: non eſt, qui faciat bonum, ne unus quidem. Omnes declinaverunt, & inutiles facti ſunt. Et Act. 17. Hunc DEUS annunciat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant. Omnes dicit, nemine excepto, qui modo homo eſt. Hac pœnitentia decet nos agnoſcere peccatum, videlicet, de nobis omnibus planè actum eſſe, & intus & in cute nihil boni in nobis eſſe, & ſimpliciter fieri nos alios novos homines oportere.

Hac pœnitentia non eſt partialis, & mutilata, qualis eſt iſta actualium peccatorum; nec etiam eſt incerta, qualis iſta eſt. Non enim diſputat, utrum ſit peccatum, vel non peccatum, ſed totum proſternit, & affirmat, universum & merum eſſe peccatum, quò ad nos (& nihil eſſe in nobis, quod non ſit peccatum ſive reum) quid enim diu quærere, partiri & diſtinguere volumus? Quamobrem etiam contritio hic non eſt dubia aut incerta. Nihil enim remanet, quo aliquid boni cogitare poſſumus ad ex-

expiandum peccatum, ſed abjicienda nobis eſt omnis ſpes de omnibus, quicquid ſumus, quicquid cogitamus, loquimur & facimus, &c.

Similiter Confeſſio quoq; non poteſt eſſe falſa, incerta, manca, aut mutila. Qui enim confitetur, totum in ſe eſſe merum peccatum, is comprehendit omnia peccata, nullum excludit, nullius obliviſcitur. Sic & ſatisfactio non poteſt eſſe incerta, quia non eſt noſtrum incertum & peccato contaminatum opus, ſed eſt paſſio & ſanguis immaculati & innocentis Agni DEI, qui tollit peccata mundi. De hac Pœnitentia concionatur Johannes, deinde CHRISTUS in Evangelio, & nos etiam. Et hac pœnitentia conciene deſtruimus Papam, & omnia, qua nituntur noſtris bonis operibus. Omnia enim fundamento putri & vano inſiſtunt, quod appellatur Bonum opus ſive Lex, cùm tamen nullum bonum opus adſit, ſed tantùm mala opera, & nemo faciat legem (ut CHRISTUS Johan. 7. teſtatur) ſed omnes eam transgrediantur. Quare adificium, quod ſuperſtruitur, tantummodò mendacium & hypocriſis eſt, etiam qua in parte ſanctiſſimum & formoſiſſimum eſt.

Hac pœnitentia in Chriſtianis durat usque ad mortem, quia luctatur cum peccato reſiduo in carne per totam vitam, ſicut Paulus Rom. 7. oſtenait, ſe belligerari cum lege membrorum ſuorum, &c. idq; non propriis viribus, ſed dono

no Spiritus Sancti, qvod remissionem peccatorum seqvitur & qvotidiè reliqvias peccati purgat & expellit, & in eo est, ut hominem purificet, rectificet, Sanctificet. De tantis rebus Papa, Theologi, Juristæ, aliiq; homines ex ratione sua nihil norunt, sed hæc doctrina est è cælo per Evangelium patefacta, & ab impiis sanctis seu hypocritis pro hæresi proclamatur.

Cæterùm, si Sectarii qvidam orirentur, qvorum nonnulli jam forsan adsunt, & tempore seditionis rusticanæ mihi ipsi in conspectum veniebant, sentientes:

Omnes eos, qvi semel Spiritum & remissionem peccatorum accepissent, & credentes facti essent, etsi deinde peccarent, manere tamen in fide & peccatum ipsis nihil obesse.

Hinc voces ipsorum; Fac, qvicqvid lubet, modò credas, nihil tibi nocet, fides omnia peccata delet, &c. Addunt præterea: Si qvis post fidem & spiritum acceptum, peccet, eum nunqvam Spiritum & fidem verè habuisse. Et tam insanos homines vidi & audivi multos, & vereor ne adhuc in nonnullis dæmon iste latitans habitet.

Si igitur, inqvam, tales imposterum etiam orirentur, sciendum & docendum est, qvòd si sancti, qvi originale peccatum adhuc habere se sentiunt, & qvotidie de eo pœnitent, & cum eo luctantur, insuper ruant in manifesta peccata, ut David in adulterium, homicidium, & blasphemiam,

miam, eos excutere fidem & Spiritum ſanctum, & abeſſe tum ab ipſis fidem & Spiritum ſanctum: Spiritus enim ſanctus non ſinit peccatum dominari, invaleſcere, & victoriam obtinere, ac conſummari, ſed reprimit & coërcet, ne facere poſſit, qvod vult. Si verò facit, qvod vult, certè Spiritus Sanctus & fides amittuntur, nec ſimul adſunt. Sic enim inqvit Johannes: Qvi ex DEO natus eſt, non peccat, & peccare non poteſt. Et tamen etiam hoc verum eſt, qvod idem Johannes dicit: Si dicimus, nos peccatum non habere, mentimur, & veritas DEI non eſt in nobis.

ARTICULUS IV.

De Evangelio.

NUnc ad Evangelium redibimus, qvod non uno modo conſulit & auxiliatur nobis contra peccatum. DEUS enim ſuperabundanter dives & liberalis eſt gratia & bonitate ſua, *primum* per verbum vocale, qvo jubet prædicari remiſſionem peccatorum in univerſo mundo. Et hoc eſt proprium officium Evangelii. *Secundò* per Baptiſmum. *Tertiò* per venerandum Sacramentum Altaris. *Qvartò* per poteſtatem Clavium; atqve etiam per mutuum colloqvium & conſolationem fratrum, Matth. 18. *Ubi duo aut tres fuerint congregati, &c.*

ARTI-

ARTICULUS V.

De Baptiſmo.

BAptiſmus nihil eſt aliud, qvàm Verbum DEI cum merſione in aqvam, ſecundum ipſius inſtitutionem & mandatum, *ſive, ut Paulus inquit, lavacrum in verbo, ſicut & Auguſtinus ait: Accedat verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Qvare non ſentimus cum Thoma & Monachis Prædicatoribus ſeu Dominicanis, qvi Verbi & inſtitutionis DEI obliti dicunt, *DEUM ſpiritualem virtutem aqvæ contuliſſe & indidiſſe, qvæ peccatum per aqvam abluit.* Non etiam facimus cum Scoto & Minoritis ſeu Monachis Franciſcanis, qvi docent, *baptiſmo ablui peccatum ex aſſiſtentia divina voluntatis, & hanc ablutionem fieri tantùm per DEI voluntatem, & minimè per verbum & aqvam.*

De pædobaptiſmo docemus, Infantes eſſe baptizandos. Pertinent enim ad promiſſam redemtionem per CHRISTUM factam. Et Eccleſia debet illis baptiſmum, & promiſſionis illius annunciationem.

ARTICULUS VI.

De Sacramento Altaris.

DE Sacramento Altaris ſentimus, Panem & Vinum in Cœna eſſe verum Corpus & San-

gvi-

gvinem CHRISTI & non tantùm dari; & ſumi à piis, ſed etiam ab impiis Chriſtianis.

Et non tantùm unam ſpeciem eſſe dandam. *Non enim indigemus doxoſophia iſta, qva nos doceat, ſub una ſpecie tantùm eſſe, qvantum ſub utraq;, ſicut Sophiſta & Concilium Conſtantienſe docent. Etſi enim verum eſſe fortè poſsit, qvod ſub una tantum ſit, qvantum ſub utraq;: tamen una ſpecies non eſt tota ordinatio & inſtitutio per CHRISTUM facta, tradita & mandata.* Imprimis verò damnamus & execramur in nomine Domini omnes eos, qvi non tantùm utramqve ſpeciem omittunt, verùm etiam tyrannicè eam prohibent, damnant, & blaſphemant ut hæreſin, & ita ſeipſos ſupra & contra CHRISTUM DOMINUM & DEUM noſtrum extollunt, opponentes & præponentes ſe CHRISTO, &c.

De *Tranſubſtantiatione* ſubtilitatem ſophiſticam nihil curamus, qva fingunt, *panem & vinum relinqvere & amittere naturalem ſuam ſubſtantiam, & tantùm ſpeciem & colorem panis, & non verum panem remanere.* Optimè enim cum Sacra Scriptura congruit, qvòd panis adſit, & maneat, ſicut Paulus ipſe nominat: Panis, qvem frangimus. Et: Ita edat de pane. 1. Cor. 10. & 11.

ARTI-

ARTICULUS VII.

De Clavibus.

CLaves ſunt officium & poteſtas Eccleſiæ à CHRISTO data, ad ligandum & ſolvendum peccata, non tantùm enormia & manifeſta, ſed etiam ſubtilia, abſcondita, ſoli DEO nota, *ſicut Pſal. 19. ſcriptum eſt: Delicta quis intelligit? Et Rom. Paulus conqueritur, ſe carne ſervire legi peccati.* Non enim penes nos eſt, ſed ſolius DEI eſt judicare, qvæ, qvanta & qvotuplicia ſint peccata, *ut ſcriptum eſt Pſal. 143. Ne intres in judicium cum ſervo tuo, qvia non juſtificabitur coram te omnis vivens. Et Paulus 1. Cor. 4. inqvit: Nullius qvidem mihi conſcius ſum, ſed per hoc non juſtificatus ſum.*

ARTICULUS VIII.

De Confeſſione.

CUm Abſolutio & virtus Clavium etiam ſit conſolatio & auxilium contra peccatum, & malam conſcientiam, in Evangelio ab ipſo CHRISTO inſtituta, neqvaqvam in Eccleſia confeſſio, & abſolutio abolenda eſt, præſertim, propter teneras & pavidas conſcientias, & propter juventutem indomitam, & petulanten, ut audiatur, examinetur, & inſtituatur in doctrina Chriſtiana.

Enu-

Enumeratio autem peccatorum debet esse nunciis libera, quid enumerare, aut non enumerare velit. Quam diu enim in carne sumus, non mentiemur confitentes & dicentes: Agnosco, me miserum esse peccatorem, & scatere peccatis, Rom. 7. Sentio aliam legem in membris meis, &c. Et cum Absolutio privata ab officio Clavium oriatur, negligenda non est, sed maximi facienda, sicut & alia officia Christianæ Ecclesiæ magni facienda sunt.

Et in his, quæ vocale & externum Verbum concernunt, constanter tenendum est, DEUM neminì Spiritum vel gratiam suam largiri, nisi per Verbum, & cum verbo externo & præcedente: ut ita præmuniamus nos adversus Enthusiastas, id est, Spiritus, qui jactitant, se ante verbum & sine verbo Spiritum habere, & ideò Scripturam sive vocale verbum judicant, flectunt & reflectunt pro lubitu, ut faciebat Monetarius, & multi adhuc hodie, qui acutè discernere volunt inter Spiritum & literam & neutrum norunt, nec, quid statuant, sciunt. Quid? quòd etiam Papatus simpliciter est merus Enthusiasmus, quo Papa gloriatur, omnia jura esse in scrinio sui pectoris, & quicquid ipse in Ecclesia sua sentit & jubet, id spiritum & justum esse, etiamsi supra & contra Scripturam & vocale verbum aliquid statuat & præcipiat.

Hoc

Hoc in universum antiquus est Satanas & Serpens, qui etiam Adamum & Evam in Enthusiasmum conjiciebat, & ab externo Verbo DEI ad spiritualitates, & proprias opiniones abducebat; id quod tamen & ipse per alia externa verba perficiebat: perinde ac hodiè nostri Enthusiasta externum verbum damnant, & tamen ipsi non silent, sed mundum garrulitatibus & scriptionibus implent, quasi verò Spiritus per scripta & vocale Verbum Apostolorum venire nequeat, sed per ipsorum verba & Scripta primum veniat. Cur ergo non ipsi etiam omittunt suas Conciones & Scriptiones, donec Spiritus ipse ad homines, sine ipsorum scriptis, & ante ea veniat, quemadmodum gloriantur, Spiritum? se accepisse sine praedicatione Scripturarum? Sed de his jam non vacat pluribus disputare. Et satis aliàs de his à nobis dictum est. Nam etiam ii, qui ante Baptismum credere incipiunt, per externum praecedens Verbum credunt, ut adulti. Audiunt enim: Quicunque crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: etiamsi primum increduli, post decennium accipiant Spiritum & Baptismum. Cornelius Actor. 10. longè ante audierat apud Judaos de venturo Messia, per quem justus coram DEO, preces & eleemosynas DEO gratas praestabat ex fide, (sicut Lucas eum nominat justum, pium & timentem DEI) & sine praecedente illo Verbo atque auditu credere;

& juſtus eſſe non poterat. Petrus autem patefacere ei jubebatur, Meſſiam (in qvem venturum hactenus ille crediderat) jam adveniſſe, ut fides ejus de venturo Meſſia eum apud induratos & incredulos Judaos non captivum teneret, ſed ut ſciret, ſe ſalvandum eſſe per præſentem Meſſiam, & hunc cum Judaorum turba non negaret, nec perſeqveretur &c.

Qvid multis? Enthuſiaſmus inſitus eſt Adamo & Filiis ejus à primo lapſu usqve ad finem mundi, ab antiqvo Dracone ipſis veneno qvodam implantatus & infuſus, eſtqve omnium hareſium, & Papatus, & Mahometiſmi origo, vis, vita & potentia.

Qvare in hoc nobis eſt conſtanter perſeverandum, qvod DEUS non velit nobiſcum aliter agere, niſi per vocale Verbum & Sacramenta; & qvòd qvicqvid ſine Verbo & Sacramentis jactatur, ut ſpiritus, ſit ipſe Diabolus. *Nam DEUS etiam Moſi voluit apparere per rubum ardentem, & vocale Verbum. Et nullus Propheta, ſive Elias, ſive Eliſæus, Spiritum ſine Decalogo ſive Verbo vocali accepit. Et Johannes Baptiſta nec concipiebatur ſine Gabrielis præcedente Verbo, nec in matris utero ſaliebat ſine Mariæ Verbo. Et Petrus inqvit: Propheta non ex voluntate humana, ſed Spiritu Sancto inſpirati, locuti ſunt ſancti DEI homines; qvi ſine Verbo externo non erant ſancti, nec à Spiritu Sancto, ut non ſancti, ſeu profani, ad prophetandum*

dum impulsi: sed sancti erant, inqvit Petrus, cum per eos Spiritus Sanctus loqveretur.

ARTICULUS IX.

De Excommunicatione.

MAjorem illam Excommunicationem, qvam Papa ita nominat, non nisi *civilem pœnam* esse ducimus, *non pertinentem ad nos ministros Ecclesiæ.* Minor autem, qvam nominat, vera & Christiana est excommunicatio, *qva manifestos & obstinatos peccatores non admittit ad Sacramentum & communionem Ecclesiæ, donec emendentur, & scelera vitant,* Et ministri non debent confundere hanc Ecclesiasticam pœnam seu excommunicationem, cum pœnis civilibus.

ARTICULUS X.
De Initiatione, Ordine, & Vocatione.

SI Episcopi suo officio rectè fungerentur, & curam Ecclesiæ, & Evangelii gererent, posset illis nomine caritatis & tranqvillitatis *non ex necessitate*, permitti, ut nos & nostros Concionatores ordinarent, & confirmarent, *hac tamen conditione, ut, seponerentur omnes larvæ, præstigiæ, deliramenta, & spectra pompæ ethnicæ.*

Qvia verò nec ſunt, nec eſſe voluntveri Epiſcopi, ſed politici Dynaſtæ & Principes, qvi nec concionantur, & docent, nec baptizant, nec Cœnam adminiſtrant, nec ullum opus & officium Eccleſiæ præſtant, ſed eos, qvi vocati munus illud ſubeunt, perſeqvuntur, & condemnant; profecto ipſorum culpâ, Eccleſia non deſerenda, nec Miniſtris ſpolianda eſt.

Qvapropter, ſicut vetera exempla Eccleſiæ & Patrum nos docent, *idoneos ad hoc officium ipſi ordinare debemus & volumus.* Et hoc nobis prohibere non poſſunt, etiam ſecundum ſua jura, qvæ adfirmant, *etiam ab hæreticis ordinatos, verè eſſe ordinatos, & illam Ordinationem non debere mutari.* Et Hieronymus ſcribit de Eccleſia Alexandrina, eam primum ab Epiſcopis, Presbyteris, & Miniſtris communi opera gubernàtam fuiſſe.

ARTICULUS XI.

De Conjugio Sacerdotum.

QVod Conjugium prohibuerunt, & divinum ordinem Sacerdotum perpetuo cœlibatu onerarunt, malitiosè ſine omni honeſta cauſa, fecerunt, & in eo Antichriſti, Tyrannorum, & peſſimorum nebulonum opus exercuerunt, ac cauſam præbuerunt multis horrendis, abominandis, innumeris peccatis tetrarum libidinum, in qvibus adhuc volutantur. Sicut autem nec no-

nobis, nec ipſis datum eſt, ut ex maſculo fœminam, aut ex femella marē condamus, aut utrumqve annihilemus: ita etiam ipſis non eſt datum, ut creaturas DEI disjungant, ſeparent, vetent, ne in conjugio honeſtè unà cohabitent, & vivant. *Qvare ipſorum ſpurco cælibatui aſſentiri noluimus, nec etiam illum feremus, ſed Conjugium liberum habere volumus, ſicut DEUS illud ipſe ordinavit & inſtituit, cujus opus nec reſcindere, nec deſtruere, nec impedire volumus. Paulus enim dicit, prohibitionem Conjugii eſſe doctrinam damoniorum, 1. Timoth. 4.*

ARTICULUS XII.
De Eccleſia.

NEqvaqvam largimur ipſis, qvòd ſint Eccleſia, qvia revera non ſunt Eccleſia. Non etiam audiemus ea, qvæ nomine Eccleſiæ vel mandant, vel vetant. Nam (DEO ſit gratia) puer ſeptem annorum novit hodiè; *Qvid ſit Eccleſia*, nempe, *credentes, ſancti ovicula audientes vocem paſtoris ſui.* Sic enim orant pueri: Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam ſive Chriſtianam. *Hac ſanctitas non conſiſtit in amiculo linteo, inſigni verticali, veſte talari & aliis ipſorum ceremoniis contra Sacram Scripturam excogitatis, ſed in Verbo DEI, & vera Fide.*

ARTICULUS XIII.

Qvomodo coram DEO homo juſtificetur. Et, de bonis Operibus.

QVod de Juſtificatione hactenus ſemper & aſſiduè docui, mutare nec in minimo poſſum, videlicet, *nos per fidem* (ut Petrus loqvitur) *aliud novum & Mundum cor acqvirere, & DEUM propter CHRISTUM Mediatorem noſtrum, nos juſtos & ſanctos reputare.* Et etſi peccatum in carne nondum plane ablatum & mortuum eſt, tamen DEUS illud nobis non vult imputare, nec meminiſſe.

Hanc fidem, renovationem, & remiſſionem peccatorum, ſeqvuntur bona opera. Et qvod in illis pollutum, & imperfectum eſt, pro peccato & defectu non cenſetur, idqve etiam propter CHRISTUM, *atqve ita totus homo, cùm qvò ad perſonam ſuam, tùm qvò ad opera ſua, juſtus & ſanctus eſt, & nominatur, ex mera gratia & miſericordia, in CHRISTO ſuper nos effuſa expanſa & amplificata.* Qvare gloriari ob merita & opera non poſſumus, cùm absqve gratia & miſericordia aſpiciuntur, ſed ut ſcriptum eſt, 1. Cor. 1. *Qvi gloriatur, in DOMINO glorietur*, qvod ſcilicet habeat DEUM propitium Sic enim omnia bene ſe habent. *Dicimus praterea,*

terea, ubi non sequuntur bona Opera, ibi fidem esse falsam, & non veram.

ARTICULUS XIV.
De Votis Monasticis.

QVia vota Monastica è diametro pugnant cũ primo principali Articulo, *ideò planè abroganda sunt.* Ea enim sunt, de qvibus CHRISTUS inqvit, Matth. 24. *Ego sum CHRISTUS &c.* Qvi enim votum facit in Monasterio vivendi, is credit, se vitæ rationem sanctiorem inituru esse, qvam alii Christiani ducunt, & suis operibus non tantùm sibi, sed etiam aliis cœlum mereri vult. *Hoc verò qvid aliud est, qvàm CHRISTUM negare?* Et Pontificii ex suo Thoma dicere non erubescunt, *votum Monasticum esse æqvale & par Baptismo.* Hæc blasphemia est in DEUM.

ARTICULUS XV.
De humanis Traditionibus.

QVòd Pontificii dicunt: *humanas Traditiones facere ad remissionem peccatorum, & mereri salutem*, planè impium, & damnatum est, sicut CHRISTUS inqvit: *Frustra colunt me docentes doctrinas & mandata hominum.* Et Tit. 1. *adversantium veritatem.* Item, qvòd dicunt, esse peccatum mor-

tale, si qvis non servet ista statuta, etiam impium est.

Hi sunt Articuli, in qvibus constantem me esse oportet, & constans ero usqve ad mortem meam, DEO dante. Et nec mutare, nec concedere qvidqvam illis possum. Si qvis alium voluerit, aliqvid concedere, faciat id periculo sua conscientia.

Postremò restant præstigiæ Papales de stultis & puerilibus Articulis, ut *de Templorum dedicationibus, campanarum baptizationibus, altarium dedicationibus, & baptizationibus, adhibitis Patrinis seu susceptoribus, qvi munera largiebantur, &c.*

Hæc baptizatio fit in contumeliam, ignominiam & dedecus sacrosancti Baptismi, & ideò minimè toleranda est: Deinde *de Consecrationibus cereorum, palmarum, placentarum, avena, herbarum & aromatum, &c.* qvæ omnia non possunt dici consecrationes, sed ludibria & meræ impostura sunt. Et sunt talium præstigiarum infinitæ aliæ, qvas committimus DEO ipsorum & ipsis adorandas, donec illis defatigentur.

Nobis nihil cum istis negotii esse debet.

IV. CA-

V.
CATECHISMUS MINOR.

D. MARTINI LUTHERI.

I. DECALOGUS.

Quo pacto Pædagogi suos pueros decem Præcepta simplicissimè docere debeant.

I.

Non habebis Deos alienos coram me.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus DEUM super omnia timere, diligere, & illi confidere.

II.

Non assumes Nomen DOMINI DEI tui in vanum.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus DEUM timere & diligere, ne per Nomen ejus maledicamus, juremus, incantemus, mentiamur, aut dolis fallamus: Sed in omni necessitate illud invocemus, adoremus, & cum gratiarum actione laudemus.

III.

Memento, ut diem Sabbathi sanctifices.

Quid hoc sibi vult? Responsio.

Debemus DEUM timere & diligere, ne divinos Sermones & ejus Verbum contemnamus: Sed ut sanctum reputemus, libenter audiamus & discamus.

IV.

Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, ut sis longævus super terram.

Quid

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Debemus DEUM timere & diligere, ne Parentes & Dominos noſtros contemnamus, neqve ad iram commoveamus: Sed honore afficiamus, illis ſerviamus, morem geramus, amore eos proſeqvamur, & magnificiamus.

V.
Non occides.

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Debemus DEUM timere & diligere, ne vitæ Proximi noſtri incommodemus, aut ægrè faciamus: Sed illum adjuvemus & promoveamus in omnibus vitæ neceſsitatibus.

VI.
Non mœchaberis.

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Debemus DEUM timere & diligere, ut caſtè & pudicè vivamus in verbis & operibus, & unusqvisqve ſuam Conjugem amet ac honoret.

VII.
Non furtum facies.

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Debemus DEUM timere & diligere, ne Proximo ſuam pecuniam, aut bona ſua auferamus, neqve falſis mercibus aut impoſturâ ad nos pertrahamus: Sed demus operam, ut illius opes conſerventur, & ejus conditio melior reddatur.

VIII.

Non loqvêris contra Proximum tuum falſum teſtimonium.

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Debemus DEUM timere & diligere, ne Proximum falſis mendaciis involvamus, prodamus, traducamus, aut infamiâ aliqvâ afficiamus: Sed illum excuſemus, aliqvid boni de eo loqvamur, omnia in meliorem partem interpretantes.

IX.

Non concupiſces domum Proximi tui.

Qvi hoc ſibi vult? Reſponſio.

Debemus DEUM timere & diligere, ne hereditatem vel domum Proximi dolo malo ca-

pte-

ptemus,& ſub ſpecie recti noſtris facultatibus adjungamus : Sed detur opera ſedulo, ut iſta Proximo diligenter cuſtodiantur.

X.

Nec deſiderabis uxorem ejus, non ſervum, non ancillam, non bovem, non aſinum, nec omnia, qvæ illius ſunt.

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Debemus DEUM timere & diligere, ne proximo uxorem, ſervos, ancillas, vel pecudes ſuas abalienemus aut abſtrahamus: Sed illos adhortari oportet, ut maneant & ſuum officium diligenter faciant.

Qvid autem ſummatim dicit DEUS de his præceptis omnibus?

Reſponſio.

Sic dicit Exodi vigeſimo.

Ego ſum Dominus DEUS tuus, fortis zelotes, viſitans iniqvitatem patrum in filios, in tertiam & qvartam generationem eorum, qvi oderunt me.

Et faciens misericordiam in multa millia his, qvi diligunt me, & custodiunt præcepta mea.

Qvid hoc sibi vult? Responsio.

DEUS minatur pœnam omnibus, qvi ista præcepta transgrediuntur. Debemus itaqve expavescere, & timere iram DEI, & nihil contra hujusmodi præcepta facere. Rursus promittit etiam suam gratiam, & omnia bona, omnibus, qvi mandata ejus observant. Meritò igitur debemus nos DEUM diligere, & illi confidere, & juxta mandata ejus omnem nostram vitam sedulo & diligenter instituere.

II. SYMBOLUM APOSTOLICUM.

Qvo pacto Pædagogi suos pueros Symbolum Apostolicum simplicissimè docere debeant.

ARTICULUS PRIMUS.

De Creatione.

CRedo in DEUM Patrem Omnipotentem, Creatorem Cœli & Terræ.

Qvid

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Credo, qvod DEUS creavit me, unà cum omnibus creaturis: Qvod corpus & animam, oculos, aures, & omnia membra, rationem, & omnes ſenſus mihi dedit: Et adhuc ſuſtentat. Adhæc, qvod veſtes & calceos, cibum ac potum, domum, uxorem, liberos, agros, jumenta, & omnia bona, cum omnibus vitæ neceſſariis copioſè & qvotidiè largitur: me contra omnia pericula protegit, & ab omnibus malis liberat ac cuſtodit: Et hæc omnia ex mera ſua paterna ac divina bonitate & miſericordia, ſine ullis meritis, aut ullâ dignitate: Pro qvibus omnibus illi gratias agere, pleno ore laudem tribuere, inſervire, obſeqvi meritò debeo: Hoc certiſſimè verum eſt.

ARTICULUS SECUNDUS.

De Redemptione.

Et in JESUM CHRISTUM, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, qvi conceptus eſt de Spiritu Sancto. Natus ex Maria virgine, paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus

tuus & sepultus: Descendit ad inferna, tertiâ die resurrexit à mortuis, ascendit ad cœlos, sedet ad dextram DEI Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos & mortuos.

Qvid hoc sibi vult? Responsio.

Credo, qvod JESUS CHRISTUS verus DEUS à Patre ante secula genitus, idemqve verus homo, natus ex Maria virgine, sit meus Dominus; qvi me perditum & damnatum hominem redemit, & ab omnibus peccatis, à morte & potestate Satanæ liberavit; non qvidem auro & argento, sed suo sancto ac pretioso sangvine, suaqve immerita passione & morte: ut ego essem proprie suus, & in suo regno sub ipso viverem, ac liberaliter inservirem in perpetua justitiâ & innocentia, perinde ac ipse â morte resurrexit, vivit & regnat in æternum. Hoc certissimè verum est.

ARTICULUS TERTIUS.

De Sanctificatione.

Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam,

cam, Sanctorum communionem, remisſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam, Amen.

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Credo, me propriis rationis meæ viribus JESU CHRISTO Domino meo fidere, aut ad eum accedere, nullo modo poſſe: Sed Spiritus Sanctus per Evangelium me vocavit, ſuis donis illuminavit, recta fide ſanctificavit, & conſervavit; Qvemadmodũ ſolet totam Eccleſiam in terra vocare, congregare, illuminare, ſanctificare, & in JESU CHRISTO per rectam unicam fidem conſervare. In qva Eccleſia mihi & omnibus Chriſtianis, omnia peccata qvotidie benignè remittit, & nos omnes in extremâ die à morte reſuſcitabit, mihi & omnibus in CHRISTUM credentibus, vitam æternam daturus. Hoc certiſſime verum eſt.

III. ORATIO DOMINICA.

Qvo pacto Pædagogi ſuos pueros Orationem Dominicam ſimpliciſſimè docere debeant.

Pater noſter qvi es in cœlis.

Qvid

usqve ad finem vitæ noſtræ. Hæc eſt ſua miſericos & bona voluntas.

QVARTA PETITIO.

Panem noſtrum qvotidianum da nobis hodie.

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

DEUS dat qvidem omnibus panem qvotidianum, qvamvis non petamus, etiam malis hominibus: ſed nos precamur hac petitione, ut cognoſcamus hoc, atqve ita panem noſtrum qvotidianum cum gratiarum actione accipiamus.

Qvid autem ſignificat panis qvotidianus? Reſponſio.

Significat omne qvod ad vitæ noſtræ neceſſitatem ac ſuſtentationem pertinet, veluti cibum, potum, veſtes, calceos, domum, aream, agros, pecudes, pecuniam, divitias, probam Conjgem, probos liberos, probos ſervos, probum ac fidum magiſtratum, bonum Reipublicæ ſtatum, commodam aëris temperiem, pacem, ſanitatem, modeſtiam, honorem, bonos amicos, fidos vicinos, & id genus alia.

QVIN-

QVINTA PETITIO.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Petimus hac prece, ne pater cœleſtis velit ſpectare peccata noſtra, atqve ita iſtorum remiſſionem nobis denegare: (qvandoqvidem nullis rebus, qvas petimus, digni ſumus, nec qvicqvam mereri poſſumus,) ſed ut velit nobis ſua gratia largiri omnia, qvia qvotidiè multifariam peccamus, & nihil niſi pœnam meremur. Tunc nos qvidem vicisſim ex corde condonabimus iis, à qvibus in nos peccatum eſt, illisqve libenter benefaciemus.

SEXTA PETITIO.

Et ne nos inducas in tentationem.

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

DEUS qvidem neminem tentat: ſed tamen petimus hac petitione, ut ipſe nos cuſtodiat & conſervet, ne Satanas, mundus, & caro noſtra nobis imponant, & nos à recta fide ad ſuperſtitionem, deſperationem, atqve alia gravia ſcelera & flagitia ſeducant: Et ut maxime ejuſmodi tentatio-

tationibus ſolicitemur, ne ſuccubamus, ſed ut tandem vincamus ac triumphemns.

SEPTIMA PETITIO.

Sed libera nos à malo.

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Oramus hac prece, tanqvam ſummatim, ut pater noſter, qvi in cœlo eſt, liberet nos ab omnibus malis ac periculis, corporis ac animæ, bonorum & honorum: Et ut tandem, cum hora mortis venerit, felicem vitæ exitum largiatur, nosqve pro ſua gratuita bonitate ex hac miſeriarum valle ad ſe in cœlum recipiat.

Amen.

Qvid hoc ſibi vult? Reſponſio.

Ut ego ſim certus, ejusmodi petitiones à patre noſtro cœleſti eſſe acceptas atqve exauditas. Qvia ipſe nobis mandavit, ut ad iſtum modum oremus, promiſitqve ſe nos exauditurum eſſe; Amen, Amen, id qvod ſignificat certè, certè, hæc debent ita evenire.

IV. BAPTISMUS.

Quo pacto Pædagogi suos pueros Sacramentum Baptismi simplicissimè docere debeant.

PRIMUM.

Quid est Baptismus? Responsio.

Baptismus non est simpliciter aqva, sed qvæ sit divino mandato inclusa & Verbo DEI comprehensa.

Quod igitur est tale Verbum DEI? Responsio.

Ubi Dominus noster JESUS CHRISTUS dicit, Matthæi ultimo:

EUntes docete omnes gentes, baptisantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

SECUNDUM.

Quid præstat aut confert Baptismus? Responsio.

Operatur condonationem peccatorum, liberat à morte & Diabolo, & donat æternam beatitudi-

tudinem omnibus, qvi credunt hoc, qvod verba & promisſiones divinæ pollicentur.

Qvæ ſunt illa Verba & promisſiones divinæ? Reſponſio.

Ubi Dominus noſter JESUS CHRISTUS dicit, Marci ultimo.

Qvi crediderit & baptiſatus fuerit, ſalvus erit, Qvi verò non crediderit, condemnabitur.

TERTIUM.

Qvi poteſt aqva tam magnas res efficere? Reſponſio.

Aqva procul dubio non efficit: Sed Verbum DEI juxta aqvam & una cum aqva, & fides, qvæ tali Verbo DEI in aqva credit. Qvia aqva ſine Verbo DEI eſt ſimpliciter aqva, & non Baptiſmus: Sed ſi Verbum DEI adjicitur, eſt Baptiſmus, hoc eſt, ſalutaris aqva vitæ, & lavacrum regenerationis in Spiritu Sancto, ſicut Paulus ait, ad Titum 3.

Sed ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit, per lavacrum regenerationis ac renovationis Spiritus Sancti, qvem effudit in nos opulenter, per JESUM CHRISTUM Servatorem noſtrum

ſtrum, ut juſtificati illius gratia, hæredes efficeremur juxta ſpem vitæ æternæ. Indubitatus ſermo.

QVARTUM.

Qvid ſignificat autem iſta in aqvam immerſio? Reſponſio.

Significat, qvod vetus Adam debet ſubinde per mortificationem ac pœnitentiam in nobis ſubmergere & extingvi cum omnibus peccatis & malis concupiſcentiis, atqve rurſus qvotidiè emergere & reſurgere novus homo, qvi in ſanctitate & juſtitia coram DEO vivat in æternum.

Ubi hoc ſcriptum eſt? Reſponſio.

Sanctus Paulus ad Rom. 6. dicit: Sepulti igitur ſumus una cum CHRISTO per Baptiſmum in mortem, ut qvemadmodum excitatus eſt CHRISTUS ex mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.

Qvo pacto Pædagogi ſuos pueros brevem confitendi rationem ſimplicisſimè docere debeant.

Reverende & chare Domine, ego te per DEUM oro, da mihi ad animæ meæ conſolationem fidele conſilium.

Qvidnam consilio expetis?

Responsio.

EGo miser homo confiteor & conqveror tibi, coram DEO Domino meo, qvod sum multorum peccatorum reus, atqve adeo nullis non iniqvitatibus obnoxius: Mandata DEI non servo: Evangelicæ doctrinæ non verè credo, nihil boni facio, mala & adversa non patienter ferò. Præcipuè autem perpetravi hoc vel illud, qvod conscientiam meam gravat. Qvamobrem qvæso, dic mihi loco DEI peccatorum meorum solutionem, & consolare me Verbo DEI.

Alia confitendi forma.

EGo liberè confitendo, tanqvam miser peccator, accuso me coram DEO & apud te, qvod omnibus peccatis & incredulitatis, & blasphemiæ DEI plenus sim. Sentio enim Verbum DEI nullum in me facère fructum, illud qvidem sæpe audio, sed ex corde ac seriò non amplector. Deinde charitatis officia erga proximum non exerceo, irascor, & invideo illi, ipsum odio prosequens, sum impatiens, avarus, & ad omne malum propensus. Qvamobrem cor meum, & conscientia mea valdè gravata sunt, libenterqve ab ejusmodi peccatis liberarer. Obsecro, ut velis parvam fidem meam confirmare & territam meam conscientiam per Verbum DEI atqve promissionem consolari & erigere.

Cur

Cur vis Sacramentum Altaris ſumere? Reſponſio.

Propterea qvod volo animam meam ex æqvo DEI Verbo atqve ſigno confirmare, & ita peccatorum meorum gratiam conſeqvi.

Tamen in Confeſſione conſeqveris remiſſionem peccatorum? Reſponſio.

Qvid tum poſtea, ego volo etiam Sacramentum nobis à CHRISTO tanqvam ſignum gratiæ relictum, ſimul cum verbo ſumere, atqve ita Verbum DEI ſubinde accipere. Qvo enim ſæpius, hoc melius.

V. S. COENA.

Qvo pacto Pædagogi ſuos pueros Sacramentum Altaris ſimpliciſſimè docere debeant.

Qvid eſt Sacramentum Altaris? Reſponſio.

Sacramentum Altaris eſt verum Corpus, & verus Sangvis DOMINI noſtri JESU CHRISTI, ſub Pane, & Vino, nobis Chriſtianis ad manducandum ac bibendum, ab ipſo CHRISTO inſtitutum.

Ubi hoc ſcriptum eſt? Reſponſio.

Sic ſcribunt ſancti Evangeliſtæ, Matthæus, Marcus, Lucas, & Sanctus Paulus.

DOMINUS noſter JESUS CHRISTUS in ea nocte, qvâ traditus eſt, accepit panem, & cum gratias egiſſet, fregit ac dedit Diſcipulis ſuis dicens: Accipite, comedite, hoc eſt Corpus meum, qvod pro vobis traditur: Hoc facite in mei commemorationem.

Similiter & poſtqvam cœnavit, accepto calice cum gratias egiſſet, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic Calix Novum Teſtamentum eſt in meo Sangvine, qvi pro vobis effunditur, in remiſſionem peccatorum, Hoc facite, qvotiescunqve biberitis, in mei commemorationem.

Ovid

Qvid verò prodeſt ſic comediſſe & bibiſſe? Reſponſio.

Id indicant nobis hæc verba: PRO VOBIS DATUR ET EFFUNDITUR IN REMISSIONEM PECCATORUM Nempè, qvòd nobis in Sacramento condonatio peccatorum, vita & juſtitia, per hæc verba tribuuntur. Ubi enim remiſsio peccatorum eſt, ibi eſt & vita & juſtitia.

Qvi poteſt corporalis manducatio tàm magnum qvid efficere? Reſponſio.

Manducare ac bibere eqvidem non efficiunt, ſed illa verba, qvæ hic ſtant: PRO VOBIS DATUR ET EFFUNDITUR IN REMISSIONEM PECCATORUM: Qvæ verba ſunt circa corporalem hujus cibi ac potus participationem, tanqvam caput & ſumma in Sacramento: Et qvi fidit his verbis, ille habet, qvod dicunt ac ſonant, nempè REMISSIONEM PECCATORUM.

Qvis autem utitur hoc Sacramento digne? Reſponſio.

Jejunare atqve corpus ſuum præparare eſt qvidem bona & externa diſciplina: At ille eſt verè dignus ac probè paratus, qvi habet fidem

n hæc Verba: PRO VOBIS DATUR ET EFFUNDITUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. Qvi verò his verbis non credit, aut dubitat, ille eſt indignus ac imparatus. Qvia hoc verbum PRO VOBIS, reqvirit omninò corda credentia.

Qvo pacto Pædagogi ſuos pueros Formam Benedictionis unam manè, alteram veſperi dicendam, ſimplicisſimè docere debeant.

Manè cum ſurgis è lecto ſignabis te ſigno ſanctæ crucis; dicens:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.

Deinde innitens genibus, vel ſtans, dicas Symbolum & orationem Dominicam. Si vis, potes & hanc precatiunculam addere.

GRatias ago tibi, mi Pater cœleſtis, per JESUM CHRISTUM, Filium tuum dilectum, qvod me hac nocte ab omnibus incommodis ac periculis conſervaſti: Ore te, ut velis me hac die qvoqve conſervare à peccato & omnibus malis, ut tibi omnia mea facta, atqve adeò tota vita beneplaceant. Qvia ego me meumqve corpus & animam, ac omnia in manus tuas commendo. Tuus ſanctus Angelus ſit

me-

mecum, ne Diabolus ullum jus in me reperiat, Amen.

Posteà alacriter ad tua studia accedendum.

Vesperi cum confers te cubitum, signabis te signo sanctæ crucis, dicens:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.

Deinde innitens genibus, vel stans, dicas Symbolum & Orationem Dominicam. Si vis potes hanc precatiunculam addere.

GRatias ago tibi, mi Pater cœlestis, per JESUM CHRISTUM Filium tuum dilectum, qvod me hac die gratuitâ misericordiâ custodivisti. Oro tè, ut velis mihi condonare omnia peccata mea, qvæ injustè perpetravi velisqve me hac nocte tuâ gratiâ benignè conservare. Qvia ego me, meumqvè corpus & animam, ac omnia in manus tuas committo. Tuus sanctus Angelus sit mecum, ne Diabolus ullum jus in me reperiat, Amen.

Atqve ita tandem securè & tranqvillè dormiendum.

Quo pacto Pædagogi ſuos pueros Benedictionem Menſæ, & gratiarum actionem ſimplicisſimè docere debeant.

BENEDICTIO MENSÆ

Pueri debent complicatis manibus, modeſtiam præ ſe ferentes, ante menſam ſtare ac dicere.

OCuli omnium in te ſperant DOMINE, & tu das eſcam illorum in tempore oportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

SCHOLIA.

Benedictio ſignificat hic, quod omne animal tantum cibi nanciſcitur, & propterea ſit latum & hilari animo. Nam cura & avaritia talem benedictionem impediunt.

Deinde Orationem Dominicam cum Oratione ſequenti:

DOMINE DEUS Pater cœleſtis benedic nobis & his

his donis, qvæ de tua largitate ſumimus per CHRISTUM DOMINUM noſtrum, Amen.

GRATIARUM ACTIO.

Sic qvoqve poſt cibum ſumptum, debent ad eundem modum modeſtè complicatis manibus dicere.

CONfitemini DOMINO, qvoniam bonus, qvoniam in æternum miſericordia ejus. Qvi dat eſcam omni carni, qvi dat jumentis eſcam ipſorum, & pullis corvorum invocantibus eum. Non in fortitudine eqvi voluntatem habebit, neqve in tibiis viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum eſt DOMINO ſuper timentes eum, & in eis, qvi ſperant ſuper miſericordia ejus.

Deinde Orationem Dominicam cum Oratione seqventi:

GRatias agimus tibi DOMINE DEUS Pater, per JESUM CHRISTUM DOMINUM nostrum, pro universis beneficiis tuis, qvi vivis & regnas in secula seculorum, Amen.

Elegantes qvædam ex Scripturâ sententiæ, pro omnibus sanctis Ordinibus, ac statibus, per qvas illi tanqvam propriâ qvadam lectione sui officii & muneris admonentur.

Episcopis, Parochis & Concionatoribus.

OPortet igitur Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris maritum, vigilantem, sobrium, modestum hospitalem, aptum ad docendum, non violentum, non percussorem, non turpiter lucri cupidum: Sed æqvum, alienum à pugnis, alienum ab avaritia, qvi suæ domui bene

bene præsit, qvi liberos habeat in subjectione, cum omni reverentia, non novitium, &c. 1. ad Tim. 3. & ad Tit. 1.

Qvid debeant Auditores Episcopis suis.

DOMINUS ordinavit his, qvi Evangelium annunciant, de Evangelio vivere, 1. Cor. 9. Communicet Doctori in omnibus bonis is, qvi docetur Verbo, Gal. 6. Qvi bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qvi laborant in verbo & doctrina. Dicit enim Scriptura: Non alligabis os bovi trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Obedite præpositis vestris, & credite eis. Ipsi enim vigilant, qvasi rationem pro animabus vestris reddituri ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: Hoc enim non expedit vobis, Hebr. 13.

De Magistratibus.

Omnia anima potestatibus supereminentibus subdita sit: Non enim est potestas nisi a DEO. Qvæ verò sunt potestates, a DEO ordinatæ sunt. Itaqve qvisqvis resistit potestati, DEI ordinationi resistit. Qvi autem restiterint, sibi ipsi judicium accipient. Non enim frustra gladium gestat. Nam DEI minister est, ultor ad iram DEI, qvi, qvod malum est, fecerit: ad Rom. 13.

Qvid Subditi Magiſtratibus debeant.

Reddrte qvæ ſunt Cæſaris Cæſari. Matth. 22. Rom. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus, &c. Ideòqve neceſsitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter conſcientiam. Ideò enim & tributa præſtatis. Miniſtri enim DEI ſunt in hoc ipſum ſervientes. Reddite ergò omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem, Rom. 13. Adhortor primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus, qvi in ſublimitate conſtituti ſunt, ut qvietam & tranqvillam vitam agamus, cum omni pietate & gravitate, 1. Tim. 2. Admone illos, Principibus & Poteſtatibus ſubditos eſſe, &c. Tit. 3. Subditi eſtote omni humanæ creaturæ, propter DOMINUM, ſive Regi tanqvam præcellenti, ſive Ducibus, tanqvam ab eo miſſis. &c. 1. Pet. 2.

Maritis.

Viri ſimiliter cohabitent ſecundum ſcientiam, veluti infirmiori vaſa muliebri impertientes honorem, tanqvam etiam cohæredibus gratiæ vitæ, ne interrumpantur preces veſtræ, 1. Petr. 3. Viri diligite uxores, & ne ſitis amarulenti adversùs illas, ad Col. 3.

Uxo

Uxoribus.

Similiter uxores ſubditæ ſitis veſtris viris, tanqvam DOMINO: Qvemadmodum Sara obedivit Abrahæ, Dominum illum appellans, cujus factæ eſtis filiæ, dum benefacitis & non terremini ullo pavore. 1. Pet. 3.

Parentibus.

Patres, ne provocetis ad iram liberos veſtros: Sed educetis eos per eruditionem & correctionem DOMINI, ad Epheſ. 6.

Liberis.

Filii obedite parentibus veſtris in DOMINO, Nam id juſtum eſt: Honora patrem tuum & matrem tuam: Qvod eſt præceptum primum in promiſſione. Ut benè tibi ſit, & ſis longævus in terrâ, ad Eph. 6.

Servis, ancillis, mercenariis, & cæteris ad laborem conductis.

Servi obedite iis, qvi Domini ſunt juxta carnem, cum timore ac tremore, cum ſimplicitate cordis veſtri, tanqvam CHRISTO: Non ad oculos ſervientes, veluti hominibus placere ſtudentes, ſed tanqvam ſervi CHRISTI facientes,

qvæ vult DEUS, ex animo cum benevolentiâ ſervientes DOMINO, & non hominibus: illud ſcientes; qvod unusqvisqve, qvod fecerit boni, hoc reportabit â DEO, ſive ſervus fuerit ſive liber, ad Epheſ. 6.

Patribus Familias, & Matribus Familias.

Et vos Domini eadem facite erga illos, remittentes minas, ſcientes, qvod & veſter ipſorum DOMINUS eſt in cœlis, nec perſonæ reſpectus eſt apud illum, Epheſ. 6.

Communi Juventuti.

Similiter Juniores ſubditi eſtote Senioribus, ſicut omnes alios alii viciſſim ſubjiciamini: Humilitatem animi vobis infixam habete, propterea qvod DEUS ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu DEI, 1. Pet. 5.

Viduis.

Porro qvæ vera vidua eſt ac deſoluta, ſperat in DEO, & perſeverat in obſecrationibus, in precationibus noctu dieqve. Porro qvæ in delitiis verſatur, ea vivens mortua eſt, 1. Timoth. 5.

Omni-

Omnibus in commune.

Dilige proximum tuum ſicut te ipſum. In hoc ſermone omnia præcepta ſummatim comprehenduntur, ad Rom. 13. Et ante omnia fiant deprecationes, obſecrationes, interpellationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, &c. 1. Tim. 2.

Cuiq; ſit imprimis magnæ ſua lectio curæ,
Ut domus officiis ſtet bene recta ſuis.
Ein jeder lern ſeine Lection/
So wird es wolim Hauſe ſtohn.

Elementa Chriſtianæ Religionis conſcripta in Verſiculos, per Johannem Sauromannum.

DECEM PRÆCEPTA.

I.

Non aliena tuis venerabere Numina votis.

II.

Sume DEIq; tui vanos nec nomen in uſus.

III.

Septima ſacra cole opera feriatus ab omni.

IV.

IV.

Semper honore tuos merito reverere Parentes.

V.

Non hominem quenquam crudeli morte necabis.

VI.

Alterius caveas lectum temerare jugalem,

VII.

Non furtum facies, digitos cohibebis ab illo.

VIII.

Testis accitus nihil atteſtabere falsò.

IX.

Nullius adfectes ſpacioſum tecta per orbem.

X.

Alterius nuptam, ſervum, famulas & aſellos
Atq; boves & quicquid habet cupiſſe caveto,

SYMBOLUM.

CRedo piâ in noſtrum ratione DEUMq; Patremq;,
Omnia quem ſi ait uo numine poſſe ſuo.
Qui nitidis ſtellis clarum fabricavit Olympum,
Cujus & eſt Verbo Terra creata pio.
Credo quoque in CHRISTUM, ſimili pietate colendum.
Unius eſt noſtri filius ille DEI.

Omnia

Omnis huic patrii eſt ſubjecta potentia regni,
Quâ regit arbitrio cuncta creata ſuo.
Pene fide majus, fuerat conceptus in alvo
Virginea afflatu Numinis ille ſacro.
Poſtmodo conceptum peperit puruſima virgo.
Qua MARIA eſt certè nomine dicta ſuo.
Quique fuit paſſus ſub iniquo multa Pilato.
Præſide Judæi Cæſareo populi.
Affixumq; cruci miſerandâ morte necatus.
More Paleſtino deinde ſepultus humo.
Interea vindex ad Tartara cæca receſſit,
Jus adimens nigris imperiumq; Dis.
Ter ubi præbuerat mundo ſua lumina Titan,
Surrexit propriis viribus ille ſuis.
Stelligeras ſcanditque domos ubi cuncti potentis,
Proximus ad dextram nunc ſedet usque Patris.
Inde redibit & ut vivos vitaq; carentes,
Judicet, & toto quæ ſit in orbe fides.
Inq; DEI ſtatum credo ſpirabile Numen.
Cujus agunt vitam flamine cuncta ſuam.
Confiteor ſanctos homines, cœtumq; piorum,
In quibus eſt veri cultus amorq; DEI.
Quotquot habent JESU communia dogmata CHRISTI,
Communi dicas nomine Chriſticolas
Omnia per CHRISTUM fateor peccata remitti,
Omnibus his quibus eſt indubitata fides.

Cre-

Credo quod hac olim rursus caro nostra resurget,
Quodq́ procul dubio vita perennis erit.

ORATIO DOMINICA.

CHare Pater, summi residens super athera Cœli,
Clarescat sanctum nomen ubiq́ tuum.
Adveniat magnum latè tua regna per orbem,
Nosq́ regat Sanctus Spiritus ille tuus.
Fiat & interris itidem tua rite voluntas,
Atque solet fieri sedibus athereis.
Da nobis hodie potum cibumq́ salubrem,
Erudias verbo pectora nostra tuo.
Da veniam nostra dimittens debita culpa,
Nos siquidem facimus debita missa aliis,
Ne nos tam gravibus vexet tentatio curis,
Cogat ut his nostram succubuisse fidem.
Sed quacunq́ solent nostra contingere vita
Omnibus eripias nos, Pater, ore malis.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

CHRISTUS ad atherea cum vellet scandere sedes,
Dixit discipulis talia verba suis:
Ite per extremas, ô vos mea viscera, gentes,
Cunctos doctrinam ritè docete meam

inq́

Inq; patriu, natiq; & flatus nomine ſancti,
Mortales undis ſponte lavate ſacris:
Nam qui crediderit, lotuq; erit amne ſalubri,
Hunc bona perpetua, vita ſaluq; beant.
Qui ſine ſalvificâ fuerit pietate fideq;,
Hunc bona deſtituent, vita ſaluſq; ſimul.

DE SACRAMENTO ALTARIS.

Nocte Sacramentum Dominus qua traditus hoſti,
Inſtituit firma fœdus amicitia.
Accepit panem, gratesq; ubi ritè peregit.
Diſcipulis tribuit, ſic referendo ſuis.
Hunc, caro namque mea eſt, credentes ſumite panem,
Qua modò pro vobis morte necanda datur,
Hanc quoties editis, memores benè, clara referte
Ex aquo vita facta necisq; mea:
Sic ubi cœnavit, vini liquore repleta
Apprendit manibus pocla deinde piis.
Utque Patri grates ſolitâ pietate peregit,
Porrexit ſociis illa bibenda viris:
Atque ait, hoc jubeo, cuncti ſimul inde bibatis,
Munera ſunt veri ſangvinis iſta mei:
Quem modò pro vobis crucifixo corpore fundam,
Quo ſit peccati gratia tuiq; ſui.

Hunc

Hunc quoties bibitis, memores benè, clara referte
Ex aquo vita facta necisq; mea.

BENEDICTIO MENSÆ.

His epulis donisq; tuis benedicito CHRISTE,
Ut foveant jussu corpora fessa tuo.
Non alit in fragili panis modò corpore Vitam,
Sermo tuus vitæ tempori longa facit.

GRATIARUM ACTIO.

Postquam epulis, exempta fames mensaque remota,
Dicemus grates nos tibi summe Pater.
Non hæc humanas vires alimenta juvabunt,
Divina si non hæ foveantur ope.
Namque tuo vivunt agitata à Numine cuncta.
Afflatu spirant cuncta valentiq; tuo.
Cumque epulas dederis, rerum Pater optime, nobis,
Adde epulis vires pro bonitate tuâ.
Nunc etiam gratis animis alimenta ministra,
Atque immortali pectora pasce cibo.
Et quia cura sumus tua, nos, pater optime, serva,
Et studia & vita tempora cuncta rege.

V.

EPITOME

ARTICULORUM.

De qvibus controverſiæ ortæ ſunt, inter Theologos Auguſtanæ Confeſſionis: Qvi in repetitione ſeqventi, ſecundum Verbi DEI præſcriptum, piè declarati ſunt & conciliati.

De compendiaria regula atqve norma, ad qvam omnia dogmata exigenda, & qvæ inciderunt certamina, piè declaranda & componenda ſunt.

CRedimus, confitemur, & docemus, *unicam regulam, & normam*, ſecundùm qvam omnia dogmata, omnesqve doctores æſtimari, & judicari oporteat, nullam omninò aliam *eſſe*, qvam *Prophetica & Apoſtolica ſcripta cum Veteris, tum Novi Teſtamenti*, ſicut ſcriptum eſt: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Et Divus Paulus inqvit: *Etiamſi Angelus de cœlo aliud prædicet Evangelium, anathema ſit.*

Reli-

Reliqva *sive Patrum sive Neotericorum scripta*, qvocunqve veniant nomine, sacris literis neqvaqvam sunt æqviparanda, sed universa illis ita subjiciendasunt, ut aliâ ratione non recipiantur, *nisi testium loco*: qvi doceant, qvòd etam post Apostolorum tempora & in qvibus partibus orbis, doctrina illa Prophetarum & Apostolorum sincerior conservata sit.

Et qvia statim *post Apostolorum tempora*, imò etiam cùm adhuc superstites essent, *falsi doctores & haretici exorti sunt, contra qvos* in primitiva Ecclesia *Symbola* sunt composita, id est, breves & categoricæ Confessiones, qvæ unanimem Catholicæ Christianæ fidei consensum, & Confessionem orthodoxorum & veræ Ecclesiæ complectebantur (*ut sunt Symbolum Apostolicum, Nicenum, & Athanasianum*) profitemur publicè, nos illa amplecti, & rejicimus omnes hæreses, omniaqve dogmata, qvæ contra illorum sententiam unqvam in Ecclesiam DEI sunt invecta.

Qvod verò ad *schismata in negotiis fidei attinet qva in nostra tempora inciderunt*, judicamus, unanimem consensum & declarationem Christianæ nostræ fidei & Confessionis, imprimis contra Papatum, & hujus falsos ac idololatricos cultus & superstitiones, & alias sectas, esse *nostri temporis Symbolum, Augustanam illam primam & non mutatam Confessionem*, qvæ Imperatori Carolo V. Augustæ Anno 30. in ma-

magnis Imperii Comitiis exhibita est: *Similiter & Apologiam, & Articulos Smalcaldicos, Anno 37. conscriptos, & præcipuorum Theologorum illius temporis subscriptione comprobatos.*

Et qvia hæc Religionis causa etiam ad Laicos, qvos vocant, *spectat*, eorumqve perpetua salus agitur: profitemur publicè, nos etiam amplecti *Minorem & Majorem Doct. Lutheri Catechismos*, ut ii Tomis Lutheri sunt inserti: qvòd eos qvasi *Laicorum Biblia* esse censeamus, in qvibus omnia illa breviter comprehenduntur, qvæ in Sacra Scriptura fusius tractantur, & qvorum cognitio homini Christiano ad æternam salutem est necessaria.

Ad has rationes, paulo ante monstratas, omnis doctrina in Religionis negotio conformanda est, & si qvid iis contrarium esse deprehenditur, id rejiciendum atq; damnandum est: Qvippe qvod cum unanimi fidei nostræ declaratione pugnet. Hoc modo luculentum discrimen inter sacras Veteris & Novi Testamenti literas, & omnia aliorum scripta retinetur: *& sola sacra Scriptura, Judex, norma & Regula, agnoscitur*, ad qvam, ceu ad Lydium lapidem, omnia dogmata exigenda sunt & judicanda, an pia, an impia, an vera, an verò falsa sint.

Catera autem Symbola, & alia scripta, qvorum paulò ante mentionem fecimus, non obtinent autoritatem Judicis: hæc enim dignitas

Reliqva *sive Patrum sive Neotericorum scripta*, qvocunqve veniant nomine, sacris literis neqvaqvam sunt æqviparanda, sed universa illis ita subjiciendasunt, ut aliâ ratione non recipiantur, *nisi testium loco*: qvi doceant, qvòd etam post Apostolorum tempora & in qvibus partibus orbis, doctrina illa Prophetarum & Apostolorum sincerior conservata sit,

Et qvia statim *post Apostolorum tempora*, imò etiam cùm adhuc superstites essent, *falsi doctores & haretici exorti sunt, contra qvos* in primitiva Ecclesia *Symbola* sunt composita, id est, breves & categoricæ Confessiones, qvæ unanimem Catholicæ Christianæ fidei consensum, & Confessionem orthodoxorum & veræ Ecclesiæ complectebantur (*ut sunt Symbolum Apostolicum, Nicenum, & Athanasianum*) profitemur publicè, nos illa amplecti, & rejicimus omnes hæreses, omniaqve dogmata, qvæ contra illorum sententiam unqvam in Ecclesiam DEI sunt invecta.

Qvod verò ad *schismata in negotiis fidei attinet qva in nostra tempora inciderunt*, judicamus, unanimem consensum & declarationem Christianæ nostræ fidei & Confessionis, imprimis contra Papatum, & hujus falsos ac idololatricos cultus & superstitiones, & alias sectas, esse *nostri temporis Symbolum, Augustanam illam primam & non mutatam Confessionem*, qvæ Imperatori Carolo V. Augustæ Anno 30. in ma-

magnis Imperii Comitiis exhibita est: *Similiter & Apologiam, & Articulos Smalcaldicos, Anno 37. conscriptos, & præcipuorum Theologorum illius temporis subscriptione comprobatos.*

Et qvia hæc Religionis causa etiam ad Laicos, qvos vocant, *spectat*, eorumqve perpetua salus agitur: profitemur publicè, nos etiam amplecti *Minorem & Majorem Doct. Lutheri Catechismos*, ut ii Tomis Lutheri sunt inserti: qvòd eos qvasi *Laicorum Biblia* esse censeamus, in qvibus omnia illa breviter comprehenduntur, qvæ in Sacra Scriptura fusius tractantur, & qvorum cognitio homini Christiano ad æternam salutem est necessaria.

Ad has rationes, paulo ante monstratas, omnis doctrina in Religionis negotio conformanda est, & si qvid iis contrarium esse deprehenditur, id rejiciendum atq; damnandum est: Qvippe qvod cum unanimi fidei nostræ declaratione pugnet. Hoc modo luculentum discrimen inter sacras Veteris & Novi Testamenti literas, & omnia aliorum scripta retinetur: *& sola sacra Scriptura, Judex, norma & Regula, agnoscitur*, ad qvam, ceu ad Lydium lapidem, omnia dogmata exigenda sunt & judicanda, an pia, an impia, an vera, an verò falsa sint.

Cætera autem Symbola, & alia scripta, qvorum paulò ante mentionem fecimus, non obtinent auctoritatem Judicis: hæc enim dignitas

tas ſolis ſacris literis debetur: *ſed duntaxat pro Religione noſtra teſtimonium dicunt*, eamqve explicant, ac oſtendunt, qvomodo ſingulis temporibus ſacræ literæ in Articulis controverſis in Eccleſia DEI à doctoribus, qvi tum vixerunt, intellectæ & explicatæ fuerint, & qvibus rationibus dogmata cum Sacra Scriptura pugnantia rejecta & condemnata ſint.

ARTICULUS I.
DE PECCATO ORIGINIS.

Status controverſiæ.

AN peccatum Originale ſit propriè, & abſq; omni diſcrimine, ipſa hominis corrupti natura, ſubſtantia & eſſentia, aut certè principalis & præſtantiſſima pars ipſius ſubſtantia? Utpote, ipſa rationalis anima, in ſummo ſuo gradu, & in ſummis ipſius viribus conſiderata? An vero inter hominis ſubſtantiam, Naturam, eſſentiam, corpus, & animam, etiam poſt lapſum humani generis & inter originale peccatum aliqvod ſit diſcrimen, ita, ut aliud ſit ipſa natura, & aliud ipſum peccatum Originis, qvod in Natura corrupta haret, & naturam etiam depravat?

AF-

AFFIRMATIVA.

Sincera doctrina, fides & confessio, cum superiore norma & compendiosa declaratione consentiens.

I.

CRredimus, docemus, & confitemur *qvòd sit aliqvod discrimen inter ipsam hominis Naturam;* non tantùm, qvemadmodum initio à DEO purus & sanctus & absqve peccato homo conditus est, verùm etiam qvalem jam post lapsum naturam illam habemus, discrimen, inqvam, inter ipsam Naturam, qvæ etiam post lapsum est, permanetqve DEI creatura, *& inter peccatum Originis*: Et, qvòd tanta sit illa Naturæ & peccati Originalis differentia, qvanta inter opus DEI, & inter opus Diaboli.

II. Credimus, docemus, & confitemur, *qvod summo studio hoc discrimen sit conservandum*: Propterea qvòd illud dogma, nullum videlicet inter naturam hominis corrupti & inter peccatum Originis esse discrimen, cum præcipuis fidei nostri Articulis (*de creatione, de redemtione, de sanctificatione, & resurrectione carnis nostræ*) pugnet, neqve salvis hisce Articulis stare possit.

DEUS enim non modò Adami & Hevæ corpus & animam, ante lapsum, verùm etiam cor-

pora & animas noſtras, poſt lapſum, creavit, etſi hæc jam ſunt corrupta. Et ſane hodiè Dominus animas & corpora noſtra, creaturas & opus ſuum eſſe agnoſcit, ſicut ſcriptum eſt: *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me totam in circuitu.*

(*Deut. 32. v. 5. 15. 18. Eſa. 45. verſ. 9. cap. 54. v. v. 5. c. 64. v. 8. Actor. 17. v. 25. & 26. Joh. 10. v. 8. 9. 10. 11. 12. Pſ. 100. v. 2. Pſ. 139. v. 13. 14. 15. 16. Eccleſ. 12. v. 1. & 7.*)

Et filius DEI Unione perſonali illam humanam naturam, ſed ſine peccato, aſſumpſit, & non alienam, ſed noſtram carnem ſibi adjungens arctiſſimè copulavit: ejuſqve aſſumtæ carnis ratione verè frater noſter factus eſt, ut ſcriptura teſtatur, Hebr. 2. *Poſteaqvam pueri commercium habent cum carnè & ſangvine, & ipſe ſimiliter particeps factus eſt eorundem.* Item: *Non Angelos aſſumit: Sed ſemen Abrahæ aſſumit, unde & debuit per omnia fratribus aſſimilari, excepto peccato.* Eandem humanam noſtram naturam, (opus videlicet ſuum) CHRISTUS redemit: eandem (qvæ ipſius opus eſt) ſanctificat.: Eandem à mortuis reſuſcitat, & ingenti gloriâ (opus videlicet ſuum) ornat. Peccatum autem Originale non creavit, non aſſumſit: non redemit, non ſanctificat: non reſuſcitabit in electis: neqve unqvam gloriâ cœleſti ornabit aut ſalvabit, ſed in beata illa reſurrectione planè abolitum erit.

Ex-

Ex his, qvæ à nobis allata ſunt, diſcrimen *inter corruptam Naturam, & inter corruptionem, qva natura infixa eſt,* & per qvam Natura eſt corrupta facilè agnoſci poteſt.

III. Viciſſim autem credimus, docemus atq; confitemur, *peccatum originis non eſſe levem, ſed tàm profundam humanæ naturæ corruptionem,* qvæ nihil ſanum, nihil incorruptum, in corpore & anima hominis, atqve adeò in interioribus & exterioribus viribus ejus reliqvit. Sicut Eccleſia canit:

Lapſus Adæi peſſima
Humana tota maſſa,
Natura & ipſa eſſentia
Corrupta, luce caſſa, &c.

Hoc qvantum ſit malum, verbis revera eſt inexplicabile: neqve humanæ rationis acumine indagari, ſed duntaxat per Verbum DEI revelatum agnoſci poteſt. Et ſane affirmamus, qvod hanc naturæ corruptionem ab ipſa Natura nemo, niſi ſolus DEUS, ſeparare qveat: id qvod per mortem in beata illa reſurrectione plenè fiet. Ibi enim ea ipſa natura noſtra, qvam nunc circumferemus, abſqve peccato Originis, & ab eodem omninò ſeparata & remota reſurget, & æterna felicitate fruetur. Sic enim ſcriptum eſt: *Pelle mea circumdabor, & in carne mea videbo DEUM, qvem ego viſurus ſum mihi, & oculi mei eum conſpecturi ſunt.* (*Job.19.v. 26. 27.*)

NEGATIVA.

Rejectio falsorum dogmatum qvæ commemoratæ sanæ doctrinæ repugnant.

I.

REjicimus ergò & damnamus dogma illud, qvò asseritur, peccatum Originale tantummodo Reatum & debitum esse, ex a ieno delicto, absq; ulla naturæ nostræ corruptione, in nos derivatum.

II. *Item*, Concupiscentias pravas non esse peccatum, *sed concretas Naturæ conditiones & proprietates qvasdam essentiales: aut, defectus illos, & malum ingens à nobis paulò ante commemoratum, non esse peccatum, propter qvod homo, CHRISTO non insertus, sit filius iræ.*

III. *Rejicimus etiam Pelagianam hæresin, qvâ asseritur*, hominis naturam post lapsum incorruptam esse: *& qvidem in spiritualibus rebus totam bonam & puram in viribus suis naturalibus mansisse.*

IV. *Item, Peccatum Originis* externum, *levem, & nullius propè momenti* esse nævum, *aut aspersam qvandam maculam: Sub qva nihilominus natura bonas suas vires, etiam in rebus spiritualibus, retinuerit.*

V. *Item,*

V. *Item, Peccatum Originale* tantùm esse externum impedimentum *bonarum spiritualium virium, & non esse despoliationem, & defectum earundem; sicuti cùm magnes alii succo illinitur, vis ejus naturalis attrahendi ferrum non tollitur, sed tantùm impeditur: aut, sicut macula de facie, aut color de pariete abstergi facile potest.*

VI. *Item,* hominis naturam *& essentiam* non prorsus esse corruptam: *Sed aliqvid boni adhuc in homine reliqvum,* etiam in rebus spiritualibus: *Videlicet, bonitatem, capacitatem, aptitudinem, facultatem, industriam, aut vires, quibus in rebus spiritualibus inchoare aliqvid boni operari, aut cooperari valeat.*

VII. *Contrà autem rejicimus etiam falsum dogma Manichaorum, cùm docetur: Peccatum Originis* tanqvam qviddam essentiale atqve substantiale *à Satana in Naturam esse infusum, & cum eadem permixtum: Qvemadmodum venenum & vinum miscentur.*

IIX *Item, Non ipsum animalem hominem, sed aliqvid aliud, & peregrinum qviddam, qvod sit in homine, peccare: Ideoq; non ipsam Naturam, sed tantummodò Peccatum Originale in natura existens, accusari.*

iX. *Rejicimus etiam atqve damnamus, ut Manichaum errorem, qvando docetur, Originale peccatum propriè, & qvidem nullo posito discrimine,* esse ipsam hominis corrupti substan-

tiam, *naturam & eſſentiam: Ita, ut inter Naturam corruptam poſt lapſum, per ſe ipſam conſideratam, & inter Peccatum Originis nulla prorſus ſit differentia, neqve ulla diſtinctio cogitari, aut ſaltem peccatum illud à Natura cogitatione diſcerni poſſit.*

X. *D. Lutherus qvidem Originis illud malum,* Peccatum naturæ, perſonale, eſſentiale, *vocat: Sed non eam ob cauſam, qvaſi natura, perſona, aut eſſentia hominis, abſqve omni diſcrimine, ſit ipſum peccatum Originis: ſed ideò adhunc modum loqvitur,* ut hujusmodi phraſibus diſcrimen inter Peccatum Originale, *qvod humanæ naturæ infixum eſt,* & inter alia peccata, qvæ actualia vocantur, *melius intelligi poſſit.*

XI. *Peccatum enim Originis non eſt qvoddam delictum, qvod actu perpetratur: Sed intimè inharet infixum ipſi naturæ, ſubſtantiæ, & eſſentiæ hominis. Et qvidem, ſi maximè nulla unqvam prava cogitatio in corde hominis corrupti exoriretur: Si nullum verbum otioſum proferretur: Si nullum malum opus, aut facinus deſignaretur: Tamen natura nihilominùs, corrupta eſt per Originale Peccatum, qvod nobis ratione corrupti ſeminis agnatum eſt: Qvod ipſum etiam ſcaturigo eſt omnium aliorum actualium peccatorum, ut ſunt prava cogitationes, prava colloqvia, pravè & ſceleratè facta. Sic enim ſcriptum legimus: Ex corde oriuntur*

tur cogitationes malæ. Et alibi: Omne figmentum cordis tantummodò malum est, à pueritia.

XII. *Est etiam diligenter observanda varia significatio vocabuli (Natura) cujus æquivocatione Manichæi abutentes, errorem suum occultant, multosq; simplices homines in errorem inducunt. Quandoque enim* (Natura) ipsam hominis substantiam *significat, ut cum dicimus: DEUS humanam naturam creavit.* Interdùm *verò per vocabulum, Natura, intelligitur,* ingenium, conditio defectus, aut vitium alicujus rei, *in ipsa natura insitum & inhærens. Ut cum dicimus: Serpentis natura est, icere: Hominis natura est peccare, & peccatum. Et in hac posteriore significatione vocabulum (Natura) non ipsam hominis substantiam, sed aliquid, quod in natura aut substantia fixum inhæret, denotat.*

XIII. *Quòd verò ad Latina vocabula* substantiæ & accidentis *attinet, cum ea non sint Scripturæ Sacræ vocabula, præterea etiam à plebe non intelligantur:* abstinendum est ab illis in publicis sacris Concionibus: *Ubi indocta plebi docetur: Et hac in re simplicium & rudiorum meritò habenda est ratio.*

In scholis autem, & apud homines doctos (quibus horum vocabulorum significatio nota est, & iisdem rectè atque citra abusum uti possunt, propriè discernentes essentiam alicujus rei ab eo, quod aliunde ei accidit & per acci-

dens inharet) in disputatione de peccato Originis retinenda sunt.

Nam hisce vocabulis discrimen inter opus DEI, & inter opus Diaboli quàm maximè perspicuè explicari potest. Diabolus enim substantiam nullam creare, sed tantum modò per accidens, permittente DOMINO, substantiam à DEO creatam depravare potest.

ARTICULUS II.
DE LIBERO ARBITRIO.

Status Controversiæ.

CUm hominis voluntas quadruplicem habeat considerationem: Primò, *ante lapsum:* Secundò, *post lapsum:* Tertiò, *post regenerationem:* Quartò, *post resurrectionem carnis: Nunc quæstio præcipua est tantùm de voluntate & viribus hominis in secundo statu, quasnam vires post lapsum primorum parentum nostrorum, ante regenerationem ex seipso habeat, in rebus spiritualibus? An propriis viribus, antequam per spiritum DEI fuerit regeneratus, possit se ad gratiam DEI applicare & præparare? Et num gratiam divinam (qua illi per Spiritum Sanctum in Verbo & Sacramentis divinitùs institutis offertur) accipere & apprehendere possit, nec ne?*

AF-

AFFIRMATIVA.

Sincera doctrina de hoc Articulo, cum immota Regula verbi divini congruens.

I.

DE hoc negotio hæc eſt fides, doctrina & confeſsio noſtra qvòd videlicet, *hominis intellectus & ratio, in rebus ſpiritualibus prorſus ſint cæca* nihilqve propriis viribus intelligere posſint. Sicut ſcriptum eſt: *Stultitia illi eſt, & non poteſt intelligere, qvia de ſpiritualibus examinatur.*

(*1. Cor. 2.*)

II. Credimus, docemus, & confitemur etiam: Voluntatem hominis nondum renatam, non tantùm à DEO eſſe averſam, verùm etiam inimicam DEO factam: Ita ut tantummodo ea velit & cupiat, iisqve delectetur, qvæ mala ſunt & voluntati divinæ repugnant. *Scriptum eſt enim: Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt, ab adoleſcentia ſua.* Item: *Affectus carnis inimicitia eſt adverſus DEUM: Neqve enim legi ſubjicitur, ac ne poteſt id qvidem.* Itaqve credimus, qvantum abeſt, ut corpus mortuum ſeipſum vivificare, atqve ſibi ipſi corporalem vitam reſtituere posſit, tantum abeſſe, ut homo, qvi ratione peccati ſpiritualiter mortuus eſt, ſeipſum in vitam ſpiritualem revo-

candi ullam facultatem habeat, ſicut ſcriptū eſt: *Cum eſſemus mortui in peccatis, convivificavit nos cum CHRISTO, &c. Itaqve etiam ex nobismetipſis, tanqvam ex nobis, non ſumus idonei, ut aliqvid boni cogitemus: Qvod verò idonei ſumus, id ipſum à DEO eſt.*

(*Geneſ. 6. Rom. 8. Epheſ. 2. 2. Cor. 3.*)

III. Converſionem autem hominis operatur Spiritus Sanctus *non ſine mediis*: Sed ad eam efficiendam uti ſolet *prædicatione, & auſcultatione Verbi DEI*, ſicut ſcriptum eſt: *Evangelium eſt potentia DEI ad ſalutem omni credenti.* Et: *Fides eſt ex auditu Verbi DEI.* Et ſanè vult DOMINUS, ut ipſius verbum audiatur, neqve ad illius prædicationem aures obturentur. Huic verbo adeſt præſens Spiritus S. & corda hominum aperit, ut, ſicut Lydia in actis Apoſtolicis, diligenter attendant, & ita convertantur, ſola gratiâ & virtute Spiritus Sancti, cujus unius & ſolius opus eſt hominis converſio. Si enim Spiritus Sancti gratia abſit noſtrum velle, & currere, noſtrum plantare, ſeminare & rigare, prorſus fruſtranea ſunt: ſi, videlicet, ille incrementum non largiatur. Sicut CHRISTUS inqvit: *Sine me nihil poteſtis facere.* Et his qvidem paucis verbis CHRISTUS libero arbitrio omnes vires derogat, omniaqve gratiæ divinæ adſcribit: ne qvis coram DEO habeat, de qvo glorietur.

NE-

NEGATIVA.

Rejectio contrariæ & falsæ doctrinæ.

Repudiamus igitur & damnamus omnes, quos jam recitabimus errores, cum verbi divini regula non congruentes:

I. *Primò delirum Philosophorum* Stoicorum *dogma, quemadmodum & Manichæorum furorem, qui docuerunt*, omnia, quæ eveniant, necessariò fieri, *& aliter fieri prorsus non posse:* & hominem omnia coactum facere, *etiam ea, quæ in rebus externis agat: Eumq; ad designanda mala opera & scelera (qualia sunt, libidines vagæ, rapina, cædes, furta, & similia) cogi.*

II. *Repudiamus etiam crassum illum* Pelagianorum *errorem, qui asserere non dubitarunt, quòd homo propriis viribus, sine gratia Spiritus Sancti sese ad DEUM convertere, Evangelio credere, Legi divinæ ex animo parere, & hac ratione peccatorum remissionem ac vitam externam ipse promereri valeat.*

III. *Præter hos errores rejicimus &* Semipelagianorum *falsum dogma, qui docent, hominem propriis viribus inchoare posse suam conversionem: absolvere autem sine Spiritus Sancti gratia non posse.*

IV. *Item, cùm docetur, licet homo non renatus, ratione Liberi Arbitrii, ante ſui regenerationem infirmior quidem ſit, quam ut converſionis ſuæ initium facere, atque propriis viribus ſeſe ad DEUM convertere & Legi DEI toto corde parêre valeat: tamen, ſi Spiritus Sanctus prædicatione verbi initium fecerit, ſuamq; gratiam in verbo homini obtulerit, tum hominis voluntatem, propriis & naturalibus ſuis viribus quodammodo aliquid, licet id* modiculum *infirmum, & languidum admodum ſit, converſionem adjuvare, atque cooperari, & ſe ipſam ad gratiam applicare, præparare, eam apprehendere, amplecti, & Evangelio credere poſſe.*

V *Item, hominem, poſt regenerationem, Legem DEI perfectè obſervare atque implere poſſe: eamq; impletionem eſſe noſtram coram DEO juſtitiam, qua vitam æternam promereamur.*

VI. *Rejicimus etiam damnamusq;* Enthuſiaſtarum *errorem: Qui fingunt, DEUM immediate, abſq; Verbi DEI auditu, & ſine Sacramentorum uſu homines ad ſe trahere, illuminare, juſtificare & ſalvare.*

(Enthuſiaſtæ vocantur, qui neglectâ prædicatione Verbi divini, cæleſtes revelationes Spiritus expectant.)

VIII. *Item, DEUM in converſione & regeneratione hominis*, ſubſtantiam & eſſentiam veteris Adami, *& præcipuè animam rationalem penitus*

nitus abolere, novamqve animæ eſſentiam *ex nihilo, in illa converſione, & regeneratione, creare.*

IIX. *Item, Cùm hi ſermones citra declarationem uſurpantur, qvod videlicet hominis voluntas, ante converſionem, in ipſa converſione & poſt converſionem, Spiritui Sancto repugnet: Et qvod Spiritus Sanctus iis detur, qvi ex propoſito & pertinaciter ipſi reſiſtunt. Nam DEUS in converſione ex nolentibus volentes facit, & in volentibus habitat: ut Auguſtinus loqvi ſolet.*

Qvòd verò ad dicta qvadam, tum Patrum, tum Neotericorum qvorundam Doctorum attinet: DEUS trahit, ſed volentem trahit: & hominis voluntas in converſione non eſt otioſa, ſed agit aliqvid: *Judicamus, hac forma ſanorum verborum non eſſe analoga. Afferuntur enim hæc dicta, ad confirmandam falſam opinionem, de viribus humani arbitrii in hominis converſione, contra doctrinam, qva ſoli gratiæ divinæ id opus attribuit. Ideoqve ab ejusmodi ſermonibus, qvando de converſione hominis ad DEUM agitur, abſtinendum cenſemus.*

Contrà autem rectè docetur, qvòd Dominus in converſione, per Spiritus Sancti tractionem (id eſt motum & operationem) ex hominibus repugnantibus & nolentibus, volentes homines faciat: Et qvod poſt converſionem in qvotidianis pœnitentiæ exercitiis hominis renati volun-

tas non ſit otioſa, ſed omnibus Spiritus Sancti operibus, qva ille per nos efficit, etiam cooperetur.

Item, qvod D. Lutherus *ſcripſit*, hominis voluntatem in converſione purè paſſivè ſe habere: *Id rectè & dextrè eſt accipiendum, videlicet, reſpectu divinæ gratiæ in accendendis novis motibus: Hoc eſt, de eo intelligi oportet, qvando Spiritus DEI per verbum auditum, aut per uſum Sacramentorum hominis voluntatem aggreditur, & converſionem atqve regenerationem in homine operatur. Poſtqvam enim Spiritus Sanctus hoc ipſum jam operatus eſt, atqve effecit, hominisq; voluntatem ſola divina virtute & operatione immutavit atqve renovavit: tunc revera hominis nova illa voluntas inſtrumentum eſt & organon DEI Spiritus Sancti, ut ea non modo gratiam apprehendat, verùm etiam in operibus ſeqventibus Spiritus S. cooperetur.*

Relinqvuntur igitur ante converſionem hominis duæ tantùm efficientes cauſæ, (*ad converſionem efficaces*) *nimirum* Spiritus Sanctus & Verbum DEI, *qvod eſt inſtrumentum Spiritus Sancti, qvo converſionem hominis efficit. Hoc verbum homo certè audire debet: Sed tamen ut illud ipſum vera fide amplectatur, id neqvaqvam ſuis viribus propriis, ſed ſola gratia & operatione DEI Spiritus S. obtinere poteſt.*

III. Ar-

III. Articulus
DE JUSTITIA FIDEI CORAM DEO.

Status Controversiæ.

Unanimi consensu (ad normam verbi Divini & sententiam Augustana Confessionis) in Ecclesiis nostris docetur, nos peccatores longè miserrimos sola in CHRISTUM fide coram DEO justificari & salvari: Ita ut CHRISTUS solus nostra sit justitia. Hic autem JESUS CHRISTUS Salvator noster, & justitia nostra, verus DEUS est, & verus homo, etenim divina & humana natura in ipso sunt personaliter unita. Quæsitum igitur fuit: Secundùm qvam naturam CHRISTUS nostra sit justitia? *Et hac occasione duo errores & qvidem inter se pugnantes, Ecclesias qvasdam perturbarunt.*

(*Jerem. 23. 1. Cor. 1. 2. Cor. 5.*)

Una enim sensit, CHRISTUM tantummodò secundum divinam naturam esse nostram justitiam: *Si videlicet ille per fidem in nobis habitet: etenim omnia hominum peccata, collata nimirum cum illa per fidem inhabitante divinitate, esse instar unius guttula aqva, cum magno mari comparata. Contra hanc opinionem alii qvidam asseruerunt,* CHRISTUM esse

esse nostram coram DEO justitiam, duntaxat secundùm humanam naturam.

AFFIRMATIVA.

Sincera doctrina piarum Ecclesiarum, utriqve commemorato errori oppositа.

I.

AD refellendum utrumqve errorem, credimus, docemus, & confitemur unanimiter, *qvòd CHRISTUS verè sit nostra justitia: sed tamen neqve secundùm solam divinam naturam neqve secundùm solam humanam naturam, sed totus CHRISTUS, secundùm utramq; naturam in SOLA, videlicet, obedientia sua:* qvam Patri ad mortem usqve absolutissimam DEUS & homo præstitit: eaqve nobis peccatorum omnium remissionem, & vitam æternam promeruit. Sicut scriptum est: *Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita ut per unius obedientiam justi constituentur multi, Rom 5.*

II. Credimus igitur, docemus, & confitemur, hoc ipsum *nostram esse coram DEO justitiam, qvòd Dominus nobis peccata remittit*, ex mera gratia, absqve ullo respectu præcedentium, præsentium, aut conseqventium nostrorum operum, dignitatis aut meriti. Ille enim donat atqve

qve *imputat nobis justitiam obedientiæ CHRISTI:* Propter eam justitiam à DEO in gratiam recipimur, & justi reputamur.

III. Credimus etiam, docemus, & confitemur, *solam fidem esse illud medium & instrumentum*, qvo CHRISTUM Salvatorem, & ita in CHRISTO justitiam illam, qvæ coram judicio DEI consistere potest, apprehendimus: Propter CHRISTUM enim fides illa nobis ad justitiam imputatur, Rom. 4.

IV. Credimus præterea, docemus & confitemur, *fidem illam justificantem non esse nudam notitiam historiæ* de CHRISTO, sed *ingens* atqve tale, *DEI donum, qvo* CHRISTUM redemtorem nostrum, in verbo Evangelii rectè agnoscimus, *ipsiq; confidimus*: Qvòd videlicet, propter solam ipsius obedientiam, ex gratia, remissionem peccatorum habeamus, sancti & justi coram DEO Patre reputemur, & æternam salutem consequamur.

V. Credimus, docemus, & confitemur, vocabulum (*justificare*) phrasi scripturæ sacræ, in hoc Articulo, *idem significare, qvod absolvere à peccatis*: Ut ex dicto Salomonis intelligi potest: *Qvi justificat impium & qvi condemnat justum, abominabilis est uterqve apud DEUM.* Item: *Qvis accusabit electos DEI? DEUS est, qvi justificat.*

(*Prov. 17. Rom. 8.*)

Et, si qvando pro vocabulo justificationis, vocabu-

cabula regenerationis & vivificationis usurpantur: (*qvod in Apologia Augustana Confessionis factum est*) sunt ea in illa superiore significatione accipienda. Nam alias eæ voces de hominis renovatione intelligendæ sunt, qvæ à fidei justificatione rectè discernitur.

VI. Credimus, docemus, & confitemur etiam, etsi verè in CHRISTUM credentes & renati multis infirmitatibus & nævis usqve ad mortem sunt obnoxii: *Non tamen* illis vel de justitia, qvæ per fidem ipsis imputatur, vel *de æterna salute esse dubitandum.* Qvin potiùs firmiter illis statuendum esse, qvod propter CHRISTUM juxta promissionem & immotum verbum Evangelii, DEUM sibi placatum habeant.

VII. Credimus, docemus, & Confitemur, qvod ad conservandam puram doctrinam de justitia fidei coram DEO, necessarium sit, *ut particulæ exclusivæ*, (qvibus Apostolus Paulus CHRISTI meritum ab operibus nostris separat, soliqve CHRISTO eam gloriam tribuit) *qvàm diligentissimè retineatur*: ut cum Paulus scribit, *ex gratia, gratis, sine merito, absqve lege, sine operibus, non ex operibus.* Qvæ omnia hoc ipsum dicunt: *Sola fide in CHRISTUM justificamur & salvamur.*

IIX. Credimus, docemus, & confitemur, etsi antecedens contritio, & subseqvens nova obedientia ad Articulum justificationis coram DEO

DEO non pertinent: non tamen talem fidem juſtificantem eſſe fingendam, qvæ unà cum malo propoſito, peccandi videlicet, & contra conſcientiam agendi, eſſe & ſtare poſſit. Sed poſtqvam homo per fidem eſt juſtificatus, tum *veram* illam & vivam *fidem eſſe per charitatem efficacem*, & bona opera ſemper fidem juſtificantem ſeqvi, & unà cum ea, ſi modò vera & viva fides eſt, certiſſime deprehendi. Fides enim vera nunqvam ſola eſt, qvin charitatem & ſpem ſemper ſecum habeat.

ANTITHESIS SEU NEGATIVA.

Rejectio contrariæ & falſæ doctrinæ.

Repudiamus ergò, & damnamus omnia falſa dogmata, qva jam recitabimus.

I. *CHRISTUM eſſe juſtitiam noſtram ſolummodò ſecundùm divinam naturam.*

II. *CHRISTUM eſſe juſtitiam noſtram tantummodò juxta humanam naturam.*

III. *In dictis Propheticis & Apoſtolicis, ubi de juſtificatione fidei agitur, vocabula (juſtificare & juſtificari) non idem eſſe, ac à peccatis abſolvere, & abſolvi, & remiſſionem peccatorum conſeqvi; ſed nos per charitatem à Spiritu S. inſuſam, per virtutes, & per opera, qva-*

quæ à charitate promanant, reîpſa coram DEO, juſtos fieri.

IV. *Fidem non reſpicere in ſolam CHRISTI obedientiam, ſed in divinam ejus naturam; quatenus videlicet ea in nobis habitet atq; efficax ſit; Ut per eam inhabitationem peccata noſtra tegantur.*

V. *Fidem eſſe talem fiduciam in obedientiam CHRISTI, quæ poſſit in eo etiam homine permanere & conſiſtere, qui vera pœnitentiâ careat, & ubi charitas non ſequatur, ſed qui contra conſcientiam in peccatis perſeveret.*

VI. *Non ipſum DEUM, ſed tantùm dona DEI in credentibus habitare.*

VII. *Fidem ideò ſalutem nobis conferre, quod novitas illa, quæ in dilectione erga DEUM & proximum conſiſtit, per fidem in nobis inchoetur.*

VIII. *Fidem in juſtificationis negotio primas quidem partes tenere: Sed tamen etiam renovationem & charitatem ad juſtitiam noſtram coram DEO pertinere: ita ut renovatio & charitas quidem non ſint principalis cauſa noſtræ juſtitiæ; ſed tamen juſtitiam noſtram coram DEO (ſi abſint renovatio & charitas) non eſſe integram & perfectam.*

IX. *Credentes in CHRISTUM coram DEO juſtos eſſe & ſalvos, ſimul per imputatam CHRISTI juſtitiam, & per inchoatam novam obe-*

obedientiam: Vel, partim quidem per imputationem justitiæ CHRISTI, partim verò per inchoatam novam obedientiam.

X. *Promissionem gratiæ nobis applicari per fidem in corde, & præterea etiam per confessionem, quæ ore fit, & per alias virtutes.*

XI. *Fidem non justificare sine bonis operibus: Itaq; bona opera necessariò ad justitiam requiri, & absq; eorum præsentia hominem justificari non posse.*

Articulus IV.

De Bonis Operibus.

Status Controversiæ.

In doctrina de bonis operibus, duæ controversiæ in quibusdam Ecclesiis ortæ sunt.

I. *Primùm schisma inter Theologos quosdam factum est, cum alii assererent?* bona opera necessaria esse ad salutem: impossibile esse salvari sine bonis operibus! Et neminem unqvam sine bonis operibus salvatum esse: *Alii verò docerent:* Bona opera ad salutem esse pernitiosa.

II. *Alterum schisma inter Theologos nonnullos super vocabulis* (necessarium & liberum) *ortum est. Altera enim pars contendit, vocabulum* (necessarium) *non esse usurpandum de*

nova

nova obedientia : eam enim non à neceſſitate qvadam & coactione, ſed à ſpontaneo ſpiritu promanare. Altera verò pars vocabulum (neceſſarium) *prorſus retinendum cenſuit : Propterea, qvod illa obedientia non in noſtro arbitrio poſita & libera ſit, ſed homines renatos illud obſeqvium debere præſtare.*

Et dum de commemoratis iſtis vocabulis diſputatum eſt, tandem etiam de reipſa fuit diſceptatum. Alii enim contenderunt, Legem apud Chriſtianos prorſus non eſſe docendam : *ſed tantummodò doctrina Evangelii homines ad bona opera invitandos eſſe. Alii hanc opinionem impugnarunt.*

AFFIRMATIVA.

Sincera Eccleſiæ doctrina de hac Controverſia.

UT hæ controverſiæ ſolidè & dextrè explicentur atq; decidantur, hæc noſtra fides, doctrina, Confeſſio eſt.

I. Qvòd bona opera veram fidem (ſi modò ea non ſit mortua, ſed viva fides) certiſſimè atqve indubitatò ſeqvantur, tanqvam fructus bonæ arboris.

II. Credimus etiam, docemus & confitemur, qvòd bona opera penitùs excludenda ſint, non tantùm cùm de juſtificatione fidei agitur, ſed etiam

etiam cùm de ſalute noſtra æterna diſputatur, ſicut Apoſtolus perſpicuis verbis teſtatur, cùm ait: *Sicut & David dicit beatitudinem hominis, cui DEUS accepto fert juſtitiam ſine operibus. Beati qvorum remiſſa ſunt iniqvitates, & qvorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, &c.* Et alibi: *Gratia, inqvit, eſtis ſalvati per fidem, & hoc non ex vobis, DEI enim donum eſt, non ex operibus, ne qvis glorietur.*

(*Rom. 4. Epheſ. 4.*)

III. Credimus, docemus, & confitemur, omnes qvidem homines, præcipuè verò eos, qvi per Spiritum Sanctum regenerati ſunt & renovati, ad bona opera facienda debitores eſſe.

IV. Et in hac ſententia vocabula illa (*neceſſarium, debere, oportere*) rectè uſurpantur, etiam de renatis hominibus, & cum forma ſanorum verborum non pugnant.

V. Sed tamen per vocabula (*neceſſitas, neceſſarium*) qvando videlicet de renatis eſt ſermo, non intelligenda eſt coactio, ſed tantùm debita illa obedientia, qvam verè credentes, qvatenus renati ſunt, non ex coactione, aut compulſu legis, ſed libero & ſpontaneo ſpiritu præſtant. Qvandoqvidem non amplius ſub lege ſunt, ſed ſub gratia.

(*Rom. 7. 8.*)

VI. Credimus igitur, docemus, & confitemur, cùm dicitur: renatos benè operari libero & ſpon-

ſpontaneo Spiritu, id non ita accipiendum eſſe, qvod in hominis renati arbitrio relictum ſit, benè aut malè agere, qvando ipſi viſum fuerit, ut nihilominus tamen fidem retineat, etiamſi in peccatis ex propoſito perſeveret.

VII. Hoc tamen non aliter, qvam de ſpiritu hominis jam liberato intelligendum eſt, ſicut hanc rem ipſe CHRISTUS, ejusqve Apoſtoli declarant, qvod videlicet Spiritus hominis liberatus benè operetur, non formidine pœnæ, ut ſervus; ſed juſtitiæ amore, qvalem obedientiam filii præſtare ſolent.

(Rom. 8.)

VIII. Hanc verò libertatem Spiritus in electis, DEI filiis non perfectam, ſed multiplici infirmitate adhuc gravitam agnoſcimus, qvemadmodum D. Paulus ſuper eâ de ſua ipſius perſona conqveritur.

(Rom. 7. Galat. 5.)

IX. Illam tamen infirmitatem Dominus electis ſuis non imputat, idqve propter mediatorem CHRISTUM: Sic enim ſcriptum eſt: *Nihil jam damnationis eſt his, qvi in CHRISTO JESU ſunt.*

(Rom. 8.)

X. Credimus præterea, docemus & confitemur, fidem & ſalutem in nobis conſervari, aut retineri non per opera, ſed tantùm per Spiritum DEI, & per fidem; qvia ſcilicet ſalus cuſtoditur)

ditur) bona autem opera testimonia esse, qvòd Spiritus Sanctus præsens sit, atqve in nobis habitet.

NEGATIVA.
Falsa doctrina, superiori repugnans.

I.

Rejicimus igitur, & damnamus subsequentes phrases, cum docetur: Bona opera necessaria esse ad salutem: Neminem unqvam sine bonis operibus salvatum: Impossibile esse sine bonis operibus salvari.

II. *Repudiamus & damnamus nudam hanc, offendiculi plenam, & Christiana disciplina perniciosam phrasin:* Bona opera noxia esse ad salutem. *His enim postremis temporibus non minùs necessarium est, ut homines ad rectè & piè vivendi rationem, bonaq; opera invitentur, atqve moneantur, qvàm necessarium sit, ut ad declarandum fidem atqve gratitudinem suam erga DEUM in bonis operibus sese exerceant; qvàm necessarium est, cavere, ne bona opera negocio justificationis admisceantur. Non minùs enim homines Epicurea persvasione de fide, qvàm Pharisaica & Papistica fiducia in propria opera & merita, damnationem incurrere possunt.*

III. *Præterea reprobamus atqve damnamus dogma illud:* qvòdqve fides in CHRISTUM non amittatur, & Spiritus Sanctus nih lominùs in homine habitet, etiamsi sciens volensqve peccet; *& qvòd sancti atqve electi Spiritum Sanctum retineant, tametsi in adulterium, aut in alia scelera prolabantur, & in iis perseverent.*

V. Articulus.

DE LEGE ET EVANGELIO.

Status controversiæ.

Qvæsitum fuit: an Evangelium propriè sit tantummodò concio de Gratia DEI, qva remissionem peccatorum nobis annunciet: an verò etiam sit concio pœnitentiæ, arguens peccatum incredulitatis, qvippe qva non per legem, sed per Evangelium duntaxat arguatur.

AFFIRMATIVA.

Sincera doctrina, cum norma Verbi DEI congruens.

I.

CRedimus, docemus, & confitemur, discrimen Legis & Evangelii, ut clarissimum qvoddam lumen, singulari diligentia in Ecclesia

DEI

DEI retinendum esse: ut Verbum DEI juxta admonitionem D. Pauli rectè secari qveat.

II. Credimus docemus, & confitemur, Legem esse propriè doctrinam divinitùs revelatam, qvæ doceat, qvid justum DEOqve gratum sit: qvæ etiam, qvicqvid peccatum est, & voluntati divinæ adversatur, redarguat.

III. Qvare, qvicqvid extat in sacris literis, qvod peccata arguit, id reverâ ad Legis concionem pertinet.

IV. Evangelium verò propriè doctrinam esse censemus, qvæ doceat, qvid homo credere debeat, qvi Legi DEI non satisfecit, & idcircò per eandem damnatur: videlicet qvòd illam credere oporteat, JESUM CHRISTUM omnia peccata expiasse, atqve pro iis satisfeciſſe, & remissionem peccatorum, justitiam coram DEO consistentem, & vitam æternam, nullo interveniente peccatoris illius merito, impetrasse.

V. Cùm autem vocabulum [*Evangelii*] non semper in una eademqve significatione in Sacra Scriptura usurpetur: unde & dissensio illa primùm orta est; credimus, docemus, & confitemur, si vocabulum (*Evangelii*) de tota CHRISTI doctrina accipiatur, qvam ipse in Ministerio suo, [*qvemadmodum & ejus Apostoli*] professus est, [*in qva significatione, Marc. 1. & Actor. 20. vox illa usurpatur*) rectè dici &

doceri, Evangelium esse concionem de pœnitentia & remissione peccatorum.

VI. Qvando verò Lex & Evangelium, sicut & ipse Moyses, ut doctor Legis, & CHRISTUS, ut Doctor Evangelii, inter se conferuntur: credimus, docemus, & confitemur, qvòd Evangelium non sit concio pœnitentiæ, arguens peccata, sed qvòd propriè nihil aliud sit, qvàm lætissimum qvoddam nuncium, & concio plena consolationis, non arguens aut terrens: Qvandoqvidem conscientias contra terrores Legis solatur, easqve in meritum solius CHRISTI respicere jubet, & dulcissima prædicatione, de gratia & favore DEI, per meritum CHRISTI impetrato, rursus erigit.

VII. Qvòd verò ad revelationem peccati attinet, sic sese res habent. Velum illud Moysis omnium hominum oculis est obductum, qvam diu solam legis concionem, nihil autem de CHRISTO audiunt. Itaqve peccata sua ex lege non verè agnoscunt: sed aut hypocritæ sunt, qvi justitiæ propriæ opinione turgent, qvales olim erant Pharisæi: aut in peccatis suis desperant: qvod Judas proditor ille fecit. Eam ob causam CHRISTUS sumsit sibi Legem explicandam spiritualiter: & hoc modo ira DEI de cœlo revelatur super omnes peccatores: ut vera Legis sententia intellectâ animadvertatur, qvanta sit illa ira. Et sic demùm peccatores ad legem remis-

remisſi verè & rectè peccata ſua agnoſcunt. Talem verò peccatorum agnitionem ſolus Moyſes nunqvam ex ipſis extorqvere potuiſſet.

(*Matth. 5. Rom. 6.*)

Etſi igitur concio illa de paſſione & morte CHRISTI, Filii DEI, ſeveritatis & terroris plena eſt, qvæ iram DEI adverſus peccata oſtendit: unde demùm homines ad Legem DEI propiùs adducuntur, poſtqvam velum illud Moyſis ablatum eſt, ut tandem exactè agnoſcant, qvanta videlicet DOMINUS in Lege ſua à nobis exigat, qvorum nihil nos præſtare poſſumus; ita, ut univerſam noſtram juſtitiam in ſolo CHRISTO qværere oporteat.

VIII. Tamen, qvam diu nobis CHRISTI paſſio & mors iram DEI ob oculos ponunt, & hominem perterrefaciunt, tam diu non ſunt propriè concio Evangelii, ſed Legis & Moyſis doctrina: & ſunt alienum opus CHRISTI, per qvod accedit ad proprium ſuum officium, qvod eſt, prædicare de gratia DEI, conſolari, & vivificare. Hæc propria ſunt prædicationis Evangelicæ.

NEGATIVA.

Contraria & falſa doctrina, qvæ rejicitur.

Rejicimus igitur, ut falſum & pernicioſum dogma, cum aſſeritur: qvod Evangelium

propriè ſit concio pœnitentiæ, arguens, accuſans, & damnans peccata: Quodq́; non ſit tantummodò concio de gratia DEI. Hac enim ratione Evangelium rurſum in Legem transformatur, meritum CHRISTI, & ſacra Litera obſcurantur: piis mentibus vera & ſolida conſolatio eripitur: & Pontificiis erroribus, & ſuperſtitionibus fores aperiuntur.

VI. Artículus
DE TERTIO USU LEGIS.

Status Controverſiæ.

CUm conſtet Legem DEI propter tres cauſas hominibus datam eſſe: Primò, *ut externa quædam diſciplina conſervetur, & feri atque intractabiles homines quaſi repagulis quibusdam coërceantur.* Secundò, *ut per legem homines ad agnitionem ſuorum peccatorum adducantur.* Tertiò, *ut homines jam renati, quibus tamen omnibus multum adhuc carnis adhæret, eam ipſam ob cauſam certam aliquam regulam habeant, ad quam totam ſuam vitam formare poſſint, & debeant, &c. Orta eſt inter paucos quosdam Theologos controverſia, ſuper tertio uſu legis: videlicet,* an Lex etiam renatis inculcanda, *& ejus obſervatio apud eos urgenda*

da ſit, an non? Alii urgendam Legem cenſuerunt: alii negarunt.

AFFIRMATIVA.

Sincera & pia doctrina de hac controverſia.

I.

CRedimus, docemus & confitemur, etſi verè in CHRISTUM credentes, & ſincerè ad DEUM converſi, à maledictione & coactione Legis per CHRISTUM liberati ſunt: qvod ii tamen propterea non ſint absqve lege: qvippe qvos Filius DEI eam ob cauſam redemit, ut Legem DEI diu noctuqve meditentur, atqve in ejus obſervatione ſeſe aſſiduè exerceant. Etenim ne primi qvidem noſtri Parentes, etiam ante lapſum, prorſus ſine Lege vixerunt, qvæ certè cordibus ipſorum tum inſcripta erat, qvia DOMINUS eos ad imaginem ſuam creaverat.

(*Pſal. 1. 119. Gen. 2. 3.*)

II. Credimus, docemus & confitemur, concionem Legis non modò apud eos, qvi fidem in CHRISTUM non habent, & pœnitentiam nondum agunt, ſed etiam apud eos qvi vere in CHRISTUM credunt, verè ad DEUM converſi, & renati, & per fidem juſtificati ſunt, ſedulò urgendam eſſe.

III. Etsi enim renati, & spiritu mentis suæ renovati sunt: tamen regeneratio illa & renovatio in hac vita non est omnibus numeris absoluta, sed duntaxat inchoata. Et credentes illi spiritu mentis suæ perpetuò luctantur cum carne, hoc est, cùm corrupta natura, qvæ in nobis ad mortem usqve hæret. Et propter veterem Adamum, qvi adhuc in hominis intellectu, voluntate, & in omnibus viribus ejus infixus residet, opus est, ut homini Lex DEI semper præluceat: ne qvid privatæ devotionis affectu in negotio Religionis confingat & cultus divinos Verbo DEI non institutos eligat: Item, ne vetus Adam pro suo ingenio agat, sed potiùs contra voluntatem, non modo admonitionibus & minis Legis; verùm etiam pœnis & plagis coërceatur, ut spiritui obsequatur, seqve ipsi captivum tradat.

(*Gal. 5. Rom. 7. & 12. 1. Cor. 9. Gal. 6. Psal. 119, Ebr. 13,*)

IV. Jam qvod ad discrimen operum legis, & fructuum Spiritus attinet, credimus, docemus, & confitemur, qvod opera illa, qvæ secundùm præscriptum legis fiunt, eatenus opera legis sint, & appellentur, qvatenus ea solummodò urgendo, & minis pœnarum atqve iræ divinæ ab homine extorqventur.

V. Fructus verò spiritus sunt opera illa qvæ Spiritus DEI in credentibus habitans, per homines renatos operatur: & qvæ à credentibus fiunt, qvatenus renati sunt: Ita qvidem sponte ac libere, qvasi

qvaſi nullum præceptum unqvam accepiſſent nullas minas audiviſſent, nullamqve remunerationem expectarent. Et hoc modo Filii DEI in Lege vivunt, & ſecundum normam legis divinæ vitam ſuam inſtituunt. Hanc vivendi rationem D. Paulus vocare ſolet in ſuis Epiſtolis Legem CHRISTI & Legem mentis.

VI. Ad hunc modum una eademqve Lex eſt manetqve, immota videlicet DEI voluntas, ſive pœnitentibus, ſive impœnitentibus, renatis aut non renatis proponatur. Diſcrimen autem, qvoad obedientiam, duntaxat in hominibus eſt: qvorum alii non renati Legi obedientiam qvalemcunqve â Lege reqviſitam præſtant, ſed coacti & inviti id faciunt: (*ſicut etiam renati faciunt, qvatenus adhuc carnales ſunt.*) Credentes verò in CHRISTUM, qvatenus renati ſunt, absqve coactione, libero & ſpontaneo Spiritu, talem obedientiam præſtant, qvalem alias nullæ, qvantumvis ſeverisſimæ Legis comminationes extorqvere poſſent.

NEGATIVA.

Falſæ doctrinæ rejectio.

REpudiamus itaqve, *ut perniciosum & falſum dogma, qvod Chriſtiana diſciplina & vera pietati adverſatur: cùm docetur, qvòd Lex DEI (eo modo qvo ſupra dictum eſt) non ſit piis & verè credentibus, ſed tantùm impiis,*

infidelibus & non agentibus pœnitentiam propenenda, atqve apud hos solos sit urgenda.

VII ARTICULUS.

DE COENA DOMINI.

ETsi Cingliani Doctores non in eorum Theologorum numero, qvi Augustanam Confessionem agnoscunt, & profitentur, habendi sunt: qvippe qvi tum, cùm illa confessio exhiberetur, ab eis successionem fecerunt: Tamen cum nunc sese in eorum cœtum callide ingerant, errorem qve suum sub prætextu piæ illius confessionis qvam latissimè spargere conentur, etiam de hac controversia Ecclesiam DEI erudiendam judicavimus.

Status Controversiæ, qvæ est inter nos & Sacramentarios, in hoc Articulo.

QVaritur, an in sacra Cœna verum Corpus & verus Sangvis DOMINI nostri JESU CHRISTI verè & substantialiter sint præsentia, atqve cum pane & vino distribuanter, & ore sumantur, ab omnibus illis, qvi hoc Sacramento utuntur, sive digni sint, sive indigni, boni aut mali, fideles aut infideles? ita tamen, ut fideles è Cœna DOMINI consolationem & vitam percipiant; infideles autem eam

ad

ad judicium ſumant? Cingliani hanc præſentiam & diſpenſationem Corporis & Sanguinis CHRISTI in ſacra Cœna negant: nos verò eandem aſſeveramus.

Ad ſolidam hujus controverſiæ explicationem primùm ſciendum eſt, duo eſſe Sacramentariorum genera. *Quidam enim ſunt* Sacramentarii craſſi *admodum: hi perſpicuis & claris verbis id apertè confitentur, quod corde ſentiunt: quòd videlicet in Cœna DOMINI nihil amplius quàm panis & vinum ſint præſentia, ibique diſtribuantur, & ore percipiantur.* Alii *autem ſunt* verſuti & callidi, *& quidem omnium nocentiſſimi Sacramentarii: hi de negocio Cœna Dominica loquentes, ex parte noſtris verbis ſplendidè admodum utuntur: & præ ſe ferunt, quòd & ipſi veram præſentiam veri, ſubſtantialis, atque vivi Corporis & Sanguinis CHRISTI in ſacra Cœna credant: eam tamen præſentiam & manducationem dicunt eſſe ſpiritualem, qua fiat fide. Et hi poſteriores Sacramentarii ſub his ſplendidis verbis eandem craſſam, quam priores habent, opinionem occultant & retinent: quòd videlicet præter panem & vinum, nihil amplius in Cœna DOMINI ſit præſens & ore ſumatur. Vocabulum enim* (ſpiritualiter) *nihil aliud ipſis ſignificat, quàm Spiritum CHRISTI, ſeu virtutem abſentis Corporis CHRISTI, ejuſq; meritum, quod præſens ſit. Ipſum verò CHRISTI corpus nullo*

prorſus modo eſſe præſens, ſed tantummodo id ſurſum in ſupremo cælo contineri ſentiunt: & affirmant oportere nos cogitationibus fidei ſurſum aſſurgere, inq; cælum aſcendere, & ibidem (nulla autem ratione cum pane & vino ſacræ Cœnæ) *illud Corpus & Sangvinem CHRISTI qvarendum eſſe.*

AFFIRMATIVA.

Confeſſio ſinceræ doctrinæ, de Cœna DOMINI, contra Sacramentarios.

I.

CRedimus, docemus, & confitemur, qvòd in Cœna DOMINI Corpus & Sangvis CHRISTI verè & ſubſtantialiter ſint præſentia: & qvòd unà cum pane & vino verè diſtribuantur, atqve ſumantur.

II. Credimus, docemus, & confitemur, verba Teſtamenti CHRISTI non aliter accipienda eſſe, qvam ſicut verba ipſa ad literam ſonant: Ita, ne panis abſens CHRISTI Corpus, & vinum abſentem CHRISTI ſangvinem ſignificent: ſed ut propter ſacramentalem unionem, panis & vinum vere ſit Corpus & Sangvis CHRISTI.

III. Jam qvod ad conſecrationem attinet, credimus, docemus, & confitemur, qvòd nullum opus humanum, neqve ulla Miniſtri Eccleſiæ

fiæ pronunciatio præsentiæ Corporis & Sangvinis CHRISTI in Cœnâ causa sit, sed qvòd hoc soli omnipotenti virtuti DOMINI nostri JESU CHRISTI sit tribuendum.

IV. Interim tamen unanimi consensu credimus, docemus, & confitemur, in usu Cœnæ Dominicæ verba institutionis CHRISTI neqvaqvam omittenda, sed publicè recitanda esse sicut scriptum est: Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio Sangvinis CHRISTI est? &c. Illa autem benedictio fit per recitationem verborum CHRISTI.

V. Fundamentum autem, qvibus in hoc negotio contra Sacramentarios nitimur, hæc sunt: qvæ etiam D. Lutherus in majore sua de Cœna DOMINI Confessione posuit.

Primùm fundamentum est Articulus fidei nostræ Christianæ; videlicet, JESUS CHRISTUS est verus, essentialis, naturalis, perfectus DEUS & homo in unitate personæ, inseparabilis & indivisus.

Secundùm: qvod dextera DEI ubiqve est: ad eam autem CHRISTUS, ratione humanitatis suæ, verè & reipsa, collocatus est; ideòqve præsens gubernat, in manu sua & sub pedibus suis, ut Scriptura loqvitur, habet omnia, qvæ in cœlo sunt & in terra. Ad eam DEI dexteram nullus alius homo, ac ne Angelus qvidem, sed solus Mariæ Filius collocatus est, unde & ea, qvæ diximus, præstare potest.

Tertiùm, qvòd Verbum DEI non eſt falſum, aut mendax.

Qvartùm: qvòd DEUS varios modos novit & in ſua poteſtate habet, qvibus alicubi eſſe poteſt; neqve ad unicum illum alligatus eſt, qvem Philoſophi Localem aut circumſcriptum appellare ſolent.

VI. Credimus, docemus, & confitemur, Corpus & Sangvinem Chriſti non tantùm ſpiritualiter per fidem, ſed etiam ore; non tamen Capernaiticè, ſed ſupernaturali & cœleſti modo, ratione Sacramentalis unionis, cum pane & vino ſumi. Hoc enim Verba CHRISTI perſpicuè teſtantur, qvibus præcipit *accipere, edere, bibere:* idqve ab Apoſtolis factum eſſe Scriptura commemorat, dicens: *Et biberunt ex eo omnes.* Paulus inqvit: *Panis qvem frangimus, eſt communicatio corporis CHRISTI:* hoc eſt, qvi hunc panem edit, Corpus CHRISTI edit. Idem magno conſenſu præcipui ex antiqviſſimis Eccleſiæ Doctoribus, Chryſoſtomus, Cyprianus, Leo primus, Gregorius, Ambroſius, Auguſtinus, teſtantur.

(Marc. 14. 1. Cor. 10.)

VII. Credimus, docemus, & confitemur, qvòd non tantùm verè in CHRISTUM credentes, & qvi dignè ad Cœnam DOMINI accedunt, verùm etiam indigni & infideles verum Corpus & Sangvinem CHRISTI ſumant: ita tamen ut nec conſolationem nec vitam inde percipiant,

cipiant, ſed potiùs, ut illis ſumtio ea ad judicium & damnationem cedat, ſi non convertantur, & pœnitentiam agant.

Etſi enim CHRISTUM, ut Salvatorem, à ſe repellent, tamen eundem, licet maxime inviti, ut ſeverum judicem, admittere coguntur. Is verò non minùs præſens judicium ſuum in convivis illis impœnitentibus exercet, qvàm præſens conſolationem & vitam in cordibus verè credentium, & dignorum convivarum operatur.

VIII. Credimus, docemus, & confitemur, unum tantùm genus eſſe indignorum convivarum: ii ſunt ſoli illi, qvi non credunt. De his ſcriptum eſt: *Qvi non credit, jam judicatus eſt.* Et hoc judicium indigno ſacræ Cœnæ uſu cumulatur & aggravatur.

(*Joh. 3. 1. Cor. 11.*)

IX. Credimus, docemus, & confitemur, qvòd nullus verè credentium, qvam diu vivam fidem retinet, ſacram DOMINI Cœnam ad judicium ſumat, qvantacunqve fidei imbecillitate laboret. Cœna enim DOMINI imprimis propter infirmos in fide, pœnitentes tamen, inſtituta eſt: ut ex ea veram conſolationem & imbecillæ fidei ſuæ confirmationem percipiant.

X. Credimus, docemus, & confitemur, totam dignitatem convivarum cœleſtis hujus Cœnæ in ſola ſacratiſſima obedientia & abſolutiſſimo CHRISTI merito conſiſtere. Illud autem nobis verâ fide applicamus, & de applicatione

hujus

hujus meriti per Sacramentum certi reddimur atqve in animis ostris confirmamur. Neqvaqvam autem dignitas illa ex virtutibus nostris, aut ex internis vel externis nostris præparationibus pendet.

NEGATIVA.

Contrariæ & damnatæ Sacramentariorum doctrinæ rejectio.

Rejicimus atqve damnamus unanimi consensu omnes erroneos, qvos jam recitabimus, Articulos, ut qvi commemorata pia doctrina, simplicitati fidei & sincerâ Confessioni de Cœna DOMINI repugnant:

I. *Papisticum Transsubstantiationem: cum in Papatu docetur, panem & vinum in sacrâ Cœna substantiam atqve naturalem suam essentiam amittere, & ita annihilari; atqve Elementa illa ita in CHRISTI Corpus transmutari ut præter externas species nihil de iis reliqvum maneat.*

II. *Papisticum Missæ sacrificium, qvod pro peccatis vivorum & mortuorum offertur.*

III. *Sacrilegium, qvo Laicis una tantùm pars Sacramenti datur: cùm nimirum contra expressa verba Testamenti CHRISTI, calice illis interdicitur, atqve ita Sangvine CHRISTI spoliantur.*

IV. *Do-*

IV. *Dogma, quo docetur, quod Verba Testamenti, JESU CHRISTI non simpliciter intelligenda & fide amplectenda sint, uti sonant: ea enim obscura esse: ideoque verum eorum sensum ex aliis Scriptura locis petendum esse.*

V. *Corpus CHRISTI in sacra Cœna non ore unâ cum pane sumi; sed tantum panem & vinum ore accipi: corpus verò CHRISTI spiritualiter duntaxat, fide nimirum, sumi.*

VI. *Panem & vinum in Cœna DOMINI tantummodò Symbola seu tesseras esse, quibus Christiani mutuò sese agnoscant.*

VII. *Panem & vinum tantùm esse figuras, similitudines, & typos Corporis & Sanguinis CHRISTI, longissimo intervallo à nobis absentis.*

VIII. *Panem & Vinum tantummodò signa, memoriæ conservandæ gratia, instituta esse, qua sigillorum & pignorum rationem habeant: quibus nobis confirmetur, quòd fides, cum in cælum illa ascendit & evehitur, ibi tàm verè Corporis & sanguinis CHRISTI particeps fiat, quàm verè nos in sacra Cœna panem manducamus, & vinum bibimus.*

IX. *Fidem nostram de salute certam reddi & confirmari in Cœna DOMINI non nisi signis illis externis, pane & vino: nequaquam autem verè præsentibus vero Corpore & Sanguine CHRISTI.*

X. *In*

X. *In ſacra Cœna duntaxat virtutem, operationem, & meritum abſentis Corporis & Sanguinis* CHRISTI *diſpenſari.*

XI. CHRISTI *Corpus ita cœlo incluſum eſſe, ut nullo prorſus modo, ſimul eodem tempore, pluribus aut omnibus locis in terris præſens eſſe poſſit, ubi Cœna* DOMINI *celebratur.*

XII. CHRISTUM *ſubſtantialem Corporis & Sanguinis ſui præſentiam neque promittere, neque exhibere potuiſſe, quandoquidem id proprietas humanæ ipſius naturæ aſſumtæ nequaquam ferre aut admittere poſſit.*

XIII. DEUM *ne quidem univerſa ſua omnipotentia* [*horrendum dictu & auditu*] *efficere poſſe, ut Corpus* CHRISTI *uno eodemque tempore in pluribus, quàm uno tantùm loco, ſubſtantialiter præſens ſit.*

XIV. *Non omnipotens illud Verbum Teſtamenti* CHRISTI, *ſed fidem præſentiæ Corporis & Sanguinis* CHRISTI *in ſacra Cœna cauſam eſſe.*

XV. *Fideles Corpus & Sanguinem* CHRISTI *non in pane & vino Cœnæ Dominicæ quærere, ſed oculos in cœlum attollere, & ibi Corpus* CHRISTI *quærere debere.*

XVI. *Infideles & impœnitentes Chriſtianos in Cœna* DOMINI *non verum Corpus & ſanguinem* CHRISTI, *ſed panem tantum & vinum ſumere.*

XVII. *Di-*

XVII. *Dignitatem convivarum in hac cœlesti Cœna non ex sola vera in CHRISTUM fide, sed etiam ex praparatione hominum externa pendere.*

XIIX. *Eos etiam, qui veram & vivam in CHRISTUM fidem habent, eamq; retinent, nihilominus hoc Sacramentum ad judicium sumere posse; propterea quod in externa sua conversatione adhuc imperfecti sint.*

XIX. *Externa visibilia Elementa panis & vini in Sacramento adoranda esse.*

XX. *Praeter hac, justo DEI judicio relinquimus omnes curiosas, sannis virulentis tinctas, & blasphemas quæstiones, quæ honestè, piè, & sine gravi offensione recitari nequeunt, aliosq; sermones; quando de supernaturali & cœlesti Mysterio hujus Sacramenti crassiè, carnaliter, Capernaiticè, & plane abominandis modis, blasphemè & maximo cùm Ecclesia offendiculo Sacramentarii loquuntur.*

XXI. *Prorsus etiam rejicimus atque damnamus Capernaiticam manducationem Corporis CHRISTI: quam nobis Sacramentarii contra sua conscientia testimonium, post tot nostras protestationes malitiosè affingunt, ut doctrinam nostram apud auditores suos in odium adducant: quasi videlicet doceamus, Corpus CHRISTI dentibus laniari, & instar alterius cujusdam cibi in corpore humano digeri.* Credimus autem & asserimus, secundum clara verba Testa-

Teſtamenti CHRISTI veram, ſed ſupernaturalem manducationem Corporis CHRISTI; qvemadmodum etiam verè, ſupernaturaliter tamen, ſanguinem CHRISTI bibi docemus. Hæc autem humanis ſenſibus aut ratione nemo comprehendere poteſt: qvare in hoc negocio, ſicut & in aliis fidei Articulis, intellectum noſtrum in obedientiam CHRISTI captivare oportet. Hoc enim Myſterium in ſolo DEI Verbo revelatur, & ſolo fide comprehenditur.

IIX. Articulus
DE PERSONA CHRISTI.

EX controverſia ſuperiore de Cœna DOMINI inter ſinceros Theologos Auguſtanæ Confeſſionis, & Calviniſtas, qvi illos etiam qvosdam Theologos perturbarunt, diſſenſio orta eſt de Perſona CHRISTI, de duabus in CHRISTO naturis, & de ipſarum proprietatibus.

Status Controverſiæ.

PRincipalis hujus diſſidii qvæſtio fuit, an divina & humana natura, & utriusqve proprietates propter unionem perſonalem, realiter, *hoc eſt, verè & reipſa* in Perſona CHRISTI invicem

vicem communicent? *& quousque illa communicatio extendatur.*

Sacramentarii *affirmarunt, divinam & humanam naturas in CHRISTO eo modo personaliter unitas esse*, ut neutra alteri quicquam realiter, *hoc est, vere & reipsa, quod cujusque natura proprium sit*, communicet: Sed omnia tantùm nuda communicari. *Unio (inquiunt illi) facit tantum nomina communia; ut videlicet DEUS dicatur homo, & homo DEUS appelletur; ita tamen ut DEUS nihil cum humanitate commune habeat, & vicissim humanitas nihil cum divinitate, quoad ipsius Majestatem & proprietates, realiter, hoc est, revera & reipsa commune habeat:* Contrariam *verò huic dogmati* sententiam D. Lûtherus, & qui cum ipso faciunt, adversus Sacramentarios propugnarunt.

AFFIRMATIVA.

Sincera doctrina Ecclesiæ DEI de Persona CHRISTI.

AD explicandam hanc controversiam & juxta Analogiam fidei nostræ Christianæ decidendam, fidem, doctrinam & confessionem nostram piam perspicuè profitemur, videlicet:

I. Quod divina & humana natura in CHRISTO personaliter unitæ sint, ita prorsus, ut non sint

ſint duo CHRISTI, unus Filius DEI, alter filius hominis: ſed ut unus & idem ſit DEI & hominis filius.

(*Luc. 1. Rom. 9.*)

II. Credimus, docemus, & confitemur divinam & humanam naturas, non in unam ſubſtantiam commixtas, nec unam in alteram mutatam eſſe: ſed utramqve naturam retinere ſuis proprietates eſſentiales: ut qvæ alterius naturæ proprietates fieri neqveant.

III. Proprietas divinæ naturæ ſunt, *eſſe omnipotentem, æternam, infinitam*, & ſecundum naturæ, naturalisqve ſuæ eſſentiæ proprietatem, *per ſe, ubiq; præſentem eſſe, omnia novisse*, &c. Hæc omnia neqve ſunt, neqve unqvam fiunt humanæ naturæ proprietates.

IV. Humanæ autem naturæ proprietates ſunt: *Corpoream eſſe creaturam, conſtare carne & ſanguine, eſſe finitam & circumſcriptam, pati, mori, aſcendere, deſcendere, de loco ad locum moveri, eſurire, ſitire, algere, æſtu affligi*: & ſi qvæ ſunt ſimilia. Hæc neqve ſunt, neqve unqvam fiunt proprietates divinæ naturæ.

V. Cùm verò divina & humana naturæ perſonaliter, hoc eſt ad conſtituendum unum ὑφιστάμενον, ſint unitæ, credimus, docemus, & confitemur, unionem iſtam hypoſtaticam non eſſe talem copulationem aut combinationem, cujus ratione neutra natura cum altera perſonaliter, hoc eſt, propter unionem perſonalem, qvicqvam com-

commune habeat: *qvalis combinatio sit, cùm duo asseres conglutinantur*: ubi neuter alteri qvicqvam confert, aut aliqvid ab altero accipit: Qvin potius hic summa communio est, qvam DEUS cum assumto homine verè habet: & ex personali unione, & summa ac ineffabili communione, qvæ inde consequitur, totum illud promanat, qvicqvid humani de DEO, & qvicqvid divini de homine CHRISTO dicitur & creditur. Et hanc unionem atqve commissionem naturarum autiqvissimi Ecclesiæ Doctores *similitudine ferri candentis, itemq; unione corporis & animæ in homine*, declararunt.

VI. Hinc etiam credimus, docemus, atqve confitemur, qvòd DEUS sit homo, & homo sit DEUS: id qvod neqvaqvam ita se haberet, si divina & humana natura prorsus inter se nihil revera & reipsâ communicarent.

Qvomodo enim homo, Mariæ Filius, DEUS aut Filius DEI altissimi verè appellari posset, aut esset, si ipsius humanitas cum Filio DEI non esset personaliter unita: atqve ita realiter, hoc est, verè & reipsa, nihil prorsus, excepto solo nudo nomine, cum ipso commune haberet?

VII. Eam ob causam credimus, docemus, & confitemur, qvòd Virgo Maria non nudum aut merum hominẽ duntaxat, sed verum DEI Filiùm conceperit, & genuerit: undè rectè Mater DEI & appellatur, & revera est.

IIX. In-

IIX. Inde porrò credimus, docemus, & confitemur, qvòd non nudus homo tantùm, pro nobis passus, mortuus, & sepultus sit, ad inferos descenderit, a mortuis resurrexerit, ad cœlos ascenderit & ad Majestatem, & Omnipotentem DEI virtutem evectus fuerit: sed talis homo, cujus humana natura cum Filio DEI tàm arctam ineffabilemqve unionem & communicationem habet, ut cum eo una sit facta persona.

IX. Qvapropter verè Filius DEI pro nobis est passus; sed secundum proprietatem humanæ naturæ, qvam in unitatem divinæ suæ Personæ assumsit, sibiqve eam propriam fecit; ut videlicet pati, & Pontifex noster summus, reconciliationis nostræ cum DEO causa, esse posset. Sic enim scriptum est: *DOMINUM Gloriæ crucifixerunt. Et, Sangvine DEI redempti sumus.*

(1. *Cor.* 2. *Actor.* 20.)

X. Ex eodem etiam fundamento credimus, docemus, & confitemur, Filium hominis ad dexteram Omnipotentis Majestatis, & Virtutis DEI realiter, hoc est, verè & reipsâ, secundum humanam suam naturam, esse exaltatum, cùm homo ille in DEUM assumtus fuerit, qvam primùm in utero Matris à Spiritu Sancto est conceptus, ejusqve humanitas jam tum cum Filio DEI altissimi personaliter fuerit unita.

XI. Eamqve Majestatem, ratione unionis personalis, semper CHRISTUS habuit: sed in statu suæ humiliationis sese exinanivit: qva de causa

causa reverà ætate, sapientia, & gratia apud Deum atqve homines profecit. Qvare Majestatem illam non semper, sed qvoties ipsi visum fuit, exeruit: donec formam servi, non autem Naturam humanam, post resurrectionem plenè & prorsus deponeret, & in plenariam usurpationē, manifestationem, & declarationem divinæ Majestatis collocaretur, & hoc modo in gloriam suam ingrederetur. Itaqve jam non tantùm ut DEUS, verum etiam, ut homo, omnia novit, omnia potest, omnibus creaturis præsens est, & omnia, qvæ in cœlis, in terris & sub terra sunt, sub pedibus suis & in manu sua habet. Hæc ita se habere CHRISTUS ipse testatur, inqviens: *Mihi data est omnis potestas in cælo & in terra.* Et Paulus ait: *Ascendit super omnes cælos, ut omnia impleat.* Hanc suam potestatem ubiqve præsens exercere potest: neqve qvicqvam illi aut impossibile est, aut ignotum.

(*Phil. 2. formam servi, id est servilem conditionē in statu exinanitionis. Joh. 13. Mat. 28. Eph. 4.*)

Inde adeò & qvidem facillimè corpus suum verum, & sangvinem suum in sacra Cœna præsens distribuere potest. Id verò non sit secundùm modum & proprietatem humanæ naturæ; sed secundùm modum & proprietatem dextræ DEI: ut Lutherus secundùm analogiam fidei nostræ Christianæ in Catechesi comprehensæ loqvi solet. Et hæc CHRISTI in sacra Cœna præsentia neqve Physica aut terrena est,

neqve Capernaitica: interim tamen veriſſima & qvidem ſubſtantialis eſt. Sic enim verba Teſtamenti CHRISTI ſonant: Hoc eſt, eſt, eſt, corpus meum, &c.

XII. Hæc noſtra fide, doctrina & Confeſſion Perſona CHRISTI non ſolvitur: *qvod olim Neſtorius fecit*: Is enim veram communicationem Idiomatum ſeu pròprietatum utriusqve naturæ in CHRISTO negavit, & hac ratione CHRISTI perſonam ſolvit: qvam rem D. Lutherus in libello ſuo de Conciliis perſpicuè declaravit. Neqve hac pia noſtra doctrina duæ in CHRISTO naturæ, earumqve proprietates confunduntur, aut in unam eſſentiam commiſcentur: (*in qvo errore Eutyches fuit*) neqve humana natura in Perſona CHRISTI negatur, aut aboletur: neqve altera natura in alteram mutatur: Sed CHRISTUS verus DEUS & homo in una indiviſa perſona eſt permanetqve in omnem æternitatem. Hoc poſt illud Trinitatis ſummum eſt Myſterium, ut Apoſtolus teſtatur: in qvo ſolo tota noſtra conſolatio, vita & ſalus poſita eſt. (*1. Tim. 3.*)

NEGATIVA.

Contrariæ & falſæ doctrinæ de Perſona Chriſti rejectio.

Repudiamus igitur atqve damnamus omnes erroneos, qvos jam recitabimus, articulos: eò qvòd Verbo DEI & ſincera fidi noſtra

nostra Christiana repugnent; cum videlicet sequentes errores docentur.

I. *Quod DEUS & homo in CHRISTO non constituant unum personam: sed quòd alius sit DEI filius, & alius hominis filius: ut* Nestorius *deliravit.*

II. *Quòd divina & humana natura in unam essentiam commixta sint, & humana natura in Deitatem mutata sit, ut* Eutyches *furenter dixit.*

III. *Quòd CHRISTUS non sit verus, naturalis, & aternus DEUS: ut* Arius *blasphemavit.*

IV. *Quòd CHRISTUS non veram humanam naturam anima rationali & corpore constantem habuerit: ut* Marcion *finxit.*

V. *Quòd unio personalis faciat tantùm communia nomina, & communes titulos.*

VI. *Quòd phrasis tantùm & modus quidam loquendi sit, cùm dicitur: DEUS est homo, & homo est DEUS: Siquidem divinitas nihil cum humanitate, & humanitas nihil cum Deitate REALITER, hoc est, verè & reipsa, commune habent.*

VII. *Quòd tantùm sit verbalis, sine re ipsa, idiomatum communicatio, cùm dicitur: Filium DEI pro peccatis mundi mortuum esse: Filium hominis omnipotentem factum esse.*

IIX. *Quòd humana in CHRISTO natura, eo modo, quo est divinitas, facta sit essentia quadam infinita: & ex hac essentiali, communica-*

ta, in humanam naturam effusa, & à DEO separata virtute & proprietate, eo modo, quo divina natura, ubique præsens sit.

IX. *Quòd humana natura divina, ratione substantiæ atque essentiæ suæ, vel proprietatum divinarum essentialium, exaquata sit.*

X. *Quòd humana natura in CHRISTO in omnia loca cœli & terræ localiter expansa sit: quod ne quidem divina natura est tribuendum.*

XI. *Quòd CHRISTO impossibile sit, propter humana naturæ proprietatem, ut simul in pluribus, quàm in uno loco, nedum ubique, suo cum corpore esse possit.*

XII. *Quòd sola humanitas pro nobis passa sit, nosq; redemerit: & quòd filius DEI in passione nullam prorsus cum humanitate (reipsa) communicationem habuerit: perinde ac si id negocium nihil ad ipsum pertinuisset.*

XIII. *Quòd filius DEI tantummodo divinitate sua nobis in terris, in verbo, Sacramentis, in omnibus denique arumnis nostris præsens sit? & quòd hæc præsentia prorsus ad humanitatem nihil pertineat. CHRISTO enim, postquam nos passione & morte sua redemerit, secundum humanitatem suam nihil amplius nobiscum in terris esse negocii.*

XIV. *Quòd filius DEI, qui humanam naturam assumsit, jam posit depositam servi formam, non omnia opera omnipotentia sua, in, & cum humanitate sua, & per eam efficiat, sed tantùm ali-*

aliqva, & qvidem in eo tantùm loco, ubi humana natura est localiter.

XV. *Qvòd secundum humanitatem, omnipotentia aliarumq; proprietatum divina natura prorsus non sit capax: Idq; asserere audent contra expressum testimonium CHRISTI:* Mihi data est omnis potestas in cœlo & in terra: *Et contradicunt Paulo, qvi ait:* In ipso inhabitat tota divinitatis plenitudo corporaliter.

(Matth. 28. Coloss. 2.)

XVI. *Qvòd CHRISTO secundum humanitatem data qvidem sit maxima potestas in cœlo & in terra, videlicet major & amplior, qvàm omnes Angeli & creatura acceperint: sed tamen ita, ut cum omnipotentia DEI nullam habeat communicationem: neqve omnipotentia illi data sit. Itaqve* mediam qvandam potentiam *inter omnipotentiam DEI & inter aliarum creaturarum potentiam fingunt, datam CHRISTO secundum humanam ejus naturam per exaltationem: qva minor qvidem sit, qvam DEI omnipotentia, major tamen omnium aliarum creaturarum potestate.*

XVII. *Qvòd CHRISTO secundùm spiritum suum humanum certi limites positi sint, qvantum videlicet ipsum scire oporteat: & qvòd non plus sciat, qvàm ipsi conveniat, & ad executionem sui officii, judicis nimirum, necessariò requiratur.*

XIIX. *Qvòd CHRISTUS ne hodie qvidem*

perfectam habeat cognitionem DEI, & omnium ipsius operum, cum tamen de CHRISTO scriptum sit: In ipso omnes thesauros sapientiæ & scientiæ absconditos esse.

(*Coloss.* 2.)

XIX. *Qvòd CHRISTO secundùm humanitatis suæ spiritum impossibile sit scire, qvid ab æterno fuerit, qvid jam nunc ubiqve fiat, & qvid in omnem æternitatem sit futurum.*

XX. *Rejicimus etiam, damnamusq; qvòd dictum CHRISTI* (Mihi data est omnis potestas in cœlo & in terra) *horribili, & blasphema interpretatione à qvibusdam depravatur, in hanc sententiam*: qvòd CHRISTO secundùm divinam suam naturam in resurrectione & ascensione ad cœlos iterum restituta fuerit omnis potestas in cœlo & terra, *perinde qvasi, dum in statu humiliationis erat, eam potestatem, etiam secundùm divinitatem, deposuisset & exuisset. Hæc enim doctrina non modò verba Testamenti Christi falsa explicatione pervertuntur: verum etiam dudum damnata Ariana hæresis via de novo sternitur: ut tandem æterna CHRISTI divinitas negetur, & CHRISTUS totus, qvantus qvantus est, unà cum salute nostra amittatur: nisi huic impiæ doctrinæ ex solidis Verbi DEI & fidei nostræ Catholicæ fundamentis contradicitur.*

IX. Articulus DE DESCENSU CHRISTI AD INFEROS.

Status Controversiæ.

Disceptatum fuit super hoc Articulo inter quosdam Theologos, qui Augustanam Confessionem profitentur: qvando & qvomodo DOMINUS noster JESUS CHRISTUS, *ut testatur fides nostra Catholica*, ad inferos descenderit? An id ante vel post mortem ejus factum sit? *Praterea qvæsitum fuit*, num animâ tantùm, an divinitate sola, an verò anima & corpore descenderit? *idq;* an spiritualiter, *an* verò corporaliter sit factum? ***Disputatum etiam est***, num hic Articulus ad passionem, an verò ad glorioſam victoriam & triumphum CHRISTI sit referendus?

Cùm autem hic fidei nostræ Articulus, sicut & præcedens, neqve sensibus neqve ratione nostra comprehendi qveat: sola autem fide acceptandus sit: *unanimi consensu consulimus, de hac re non esse disputandum, sed qvàm simplicissimè hunc Articulum credendum & docendum esse.* Atqve in hoc negocio seqvamur piam D. Lutheri doctrinam, qvi hunc Articulum in Concione Torgæ habita (ANNO &c. XXXIII.) piè admodum explicuit, omnes inutiles & curiosas qvæstiones præcidit, atqve ad piam fidei sim-

plicitatem omnes Christianos adhortatus est.

Satis enim nobis esse debet, si sciamus, CHRISTUM ad inferos descendisse, infernum omnibus credentibus destruxisse, nosq; per ipsum è potestate mortis & Satanæ, ab æterna damnatione, atque adeò è faucibus inferni ereptos. Quo autem modo hæc effecta fuerint, non curiosè scrutemur, sed hujus rei cognitionem alteri seculo reservemus: ubi non modò hoc Mysterium, sed & alia multa, in hac vita simpliciter à nobis credita, revelabuntur: quæ captum cœcæ nostræ rationis excedunt.

X. Articulus.

De Cerimoniis Ecclesiasticis, quæ vulgo adiaphora seu res mediæ & indifferentes vocantur.

Orta est etiam inter Theologos Augustanæ Confessionis Controversia de Ceremoniis seu ritibus Ecclesiasticis, qui in verbo DEI neque præcepti sunt, neque prohibiti, sed ordinis tantùm & decori gratia in Ecclesiam sunt introducti.

Status Controversiæ.

Quæsitum fuit, num persecutionis tempore, & in casu confessionis (*etiamsi Adversarii nobis-*

nobiscum in doctrina consentire nolint) nihilominus salva conscientia aliqvæ abrogatæ Ceremoniæ, qvæ per se indifferentes, & à DEO neqve mandatæ neqve prohibitæ sint, postulantibus id & urgentibus Adversariis, iterum in usum revocari possint? Et *an hoc modo cum Pontificiis in ejusmodi Ceremoniis & Adiaphoris conformari rectè qveamus? Una pars hoc fieri posse affirmavit: altera verò negavit.*

AFFIRMATIVA.
Sincera doctrina & Confessio de hoc Articulo.

I.

ADhanc Controversiam dirimendam unanimi consensu credimus, docemus, & confitemur, qvòd Ceremoniæ sive ritus Ecclesiastici (*qvi verbo DEI neqve præcepti sunt, neqve prohibiti, sed tantùm decori & ordinis causa instituti*) non sint per se cultus divini. Scriptum est enim: *Frustrà colunt me docentes doctrinas mandata hominum.*

(*Matth. 15.*)

II. Credimus, docemus, & confitemur, Ecclesiæ DEI ubivis terrarum & qvocunqve tempore licere, pro re nata ceremonias tales mutare; juxta eam rationem, qvæ Ecclesiæ DEI utilissima, & ad ædificationem ejusdem maximè accommodata judicatur.

III. Ea tamen in re omnem levitatem fugiendã & offendicula cavenda: inprimis verò infirmiorum in fide rationem habendam, & iis parcendum esse censemus.

(*1. Cor. 8. Rom. 14.*)

IV. Credimus, docemus, & confitemur, qvod temporibus persecutionum, qvando perspicua & constans Confessio à nobis exigitur, hostibus Evangelii in rebus adiaphoris non sit cedendum. Sic enim Apostolus inqvit: *Qva libertate CHRISTUS nos liberavit in ea state, & nolite iterum jugo servitutis subjici.* Et alibi: *Nolite jugum ducere cum infidelibus.* &c. *Qvæ enim est societas luci ad tenebras?* &c. Item, *qvibus neqve ad horam cessimus subjectione, ut veritas Evangelii permaneret apud vos.* In tali enim rerum statu non agitur jam amplius de adiaphoris: sed de veritate Evangelii, & de libertate Christiana sarta tectaqve conservanda: & qvomodo cavendum sit, ne manifestè idololatria confirmetur, & infirmi in fide offendantur. In huju modi rebus nostrum certè non est aliqvid Adversariis largiri: sed officium nostrum reqvirit, ut piam & ingenuam Confessionem edamus, & ea patienter feramus, qvæ DOMINUS nobis ferenda imposuerit, & hostibus Verbi DEI in nos permiserit.

(*Galat. 5. 2 Cor. 6. Gal. 2.*)

V. Credimus, docemus, & confitemur, qvòd Ecclesia alia aliam damnare non debeat, propterea,

reâ, qvòd hæc vel illa plus minusve externarum ceremoniarum, qvas DOMINUS non instituit, observet : si modo in doctrina, ejusqve Articulis omnibus, & in vero Sacramentorum usu sit inter eas consensus. Hoc enim vetus & verùm dictùm est : *Dissonantia jejunii non dissolvit consonantiam fidei.*

NEGATIVA.
Falsæ doctrinæ de hoc Articulo rejectio.

Repudiamus atqve damnamus hæc falsa & verbo DEI contraria dogmata :

I. *Qvod humanæ traditiones & constitutiones, in Ecclesiasticis rebus, per se, pro cultu DEI, aut certè pro parte divini cultus sint habenda.*

II. *Qvando ejusmodi ceremoniæ & constitutiones, Ecclesiæ DEI coactione qvadam tanqvam necessariæ obtruduntur : & qvidem contra libertatem Christianam, qvam Ecclesia CHRISTI, in rebus ejusmodi externis, habet.*

III. *Cùm asseritur, qvòd tempore persecutionis, qvando clara confessio requiritur, hostibus Evangelii in observatione ejusmodi rerum adiaphorarum gratificari, & cum ipsis pacisci & consentire liceat : qvæ res cum detrimento veritatis cælestis conjuncta est.*

IV. *Cum externæ Ceremoniæ, qvæ indifferentes sunt, ea opinione abroganter, qvasi Ec-*

clesia DEI liberum non sit, pro re nata, ut judicaverit ad adificationem utile esse, hanc vel illam Ceremoniam, ratione libertatis Christiana usurpare.

XI. Articulus.

De æterna Prædestinatione & electione DEI.

De hoc Articulo non quidem publicè mota est controversia inter Augustana Confessionis Theologos; sed tamen cùm hic Articulus magnam piis mentibus consolationem adferat, si rectè & dextre explicetur: visum est eundem in hoc scripto declarare, ne fortè temporis progressu disputationes aliquæ cum offendiculo conjunctæ de hac re excitentur.

AFFIRMATIVA.

Sincera doctrina de hoc Articulo.

I.

PRimum omnium est, quod accuratè observari oportet, discrimen esse inter *Præscientiam & Prædestinationem*, sive æternam electionem DEI.

II. Præ-

II. Præscientia enim DEI nihil aliud est, qvàm qvòd DEUS omnia noverit, anteqvam fiant; sicut scriptum est: *Est DEUS in cœlo, revelans Mysteria, qvi indicavit tibi, Rex Nabuchdonosor, qvæ ventura sunt in novissimis temporibus.*

(*Dan. 2.*)

III. Hæc DEI sapientia simul ad bonos & malos pertinet: sed interim *non est causa mali*: neqve est causa peccati, qvæ hominem ad scelus impellat. Peccatum enim ex Diabolo, & ex hominis prava & mala voluntate oritur: Neqve hæc DEI præscientia causa est, qvòd homines pereant: hoc enim sibi ipsis imputare debent: Sed præscientia DEI disponit malum, & metas illi constituit, qvousqve progredi & qvàm diu durare debet, idqve eò dirigit, ut, licet per se malum sit, nihilominus electis DEI ad salutem cedat.

IV. Prædestinatio verò, seu æterna DEI electio *tantùm ad bonos*, & dilectos filios DEI *pertinet*: Et *hæc est causa ipsorum salutis*. Etenim eorum salutem procurat, & ea, qvæ ad ipsam pertinent, disponit. Super hanc DEI prædestinationem salus nostra ita fundata est, ut inferorum portæ eam evertere neqveant.

(*Joh. 10. Matth. 16.*)

V. Hæc DEI prædestinatio non in arcano DEI consilio est scrutanda, sed in Verbo DEI, in qvo revelatur, qværenda est.

VI. Verbum autem DEI deducit nos ad

CHRISTUM: is est *Liber* ille *vitæ*, in qvo omnes inscripti & electi sunt, qvi salutem æternam consequuntur. Sic enim scriptum est: *Elegit nos in CHRISTO ante mundi constitutionem.* (*Eph. 1.*)

VII. CHRISTUS verò omnes peccatores ad se vocat, & promittit illis levationem. Et seriò vult, ut omnes homines ad se veniant, & sibi consuli & subveniri sinant. His seseRedemtorem in verbo offert: & vult, ut verbum audiatur, & ut aures non obturentur, nec verbum negligatur & contemnatur. Et promittit se largiturum virtutem & operationem Spiritus sancti, & auxilium divinum, ut in fide constantes permaneamus, & vitam æternam consequamur.

VIII. De nostra igitur electione ad vitam æternam, neqve ex rationis nostræ judicio, neqve ex lege DEI judicandum est: ne vel dissolutæ & Epicureæ vitæ nos tradamus, vel in disperationem incidamus. Qvi enim rationis suæ judicium in hoc negocio sequuntur, in horum cordibus hæ perniciosæ cogitationes (qvibus ægerrime resistere possunt) excitantur: (*si inqviunt*) *DEUS me ad æternam salutem elegit, non potero damnari, qvicqvid etiam designavero: Contra verò, si non sum electus ad vitam æternam, nihil planè mihi profuerit, qvantumcunq; boni fecero, omnes enim conatus mei irriti erunt.*

IX. Vera igitur sententia de prædestinatione ex Evangelio CHRISTI discenda est. In eo enim per-

perspicuè docetur, qvòd DEUS omnes sub incredulitatem concluserit, ut omnium misereatur: & qvòd nolit qvenqvam perire: sed potiùs, ut omnes convertantur, & in CHRISTUM credant.

(Rom. 11. Ezech. 18. & 33. 1. Joh. 2.)

X. Qvi igitur voluntatem DEI revelatam inqvirunt, eoqve ordine progrediuntur, qvem D. Paulus In Epistola ad Romanos secutus est *(qvi hominem priùs deducit ad pœnitentiam, ad agnitionem peccatorum, & fidem in CHRISTUM, ad obedientiam mandatorum DEI, qvàm de æterna prædestinationis Mysterio loqvatur)* iis doctrina de prædestinatione DEI salutaris est, & maximam consolationem affert.

XI. Qvod verò scriptum est: multos qvidem vocatos, paucos verò electos esse; non ita accipiendum est, qvasi DEUS nolit, ut omnes salventur: sed damnationis impiorum causa est, qvòd verbum DEI aut prorsus non audiant, sed contumaciter contemnant, aures obturent, & cor indurent, & hoc modo Spiritui sancto viam ordinariam præcludant, ut opus suum in eis efficere neqveat: aut certè qvod verbum auditum flocci pendant, atqve abjiciant. Qvòd igitur pereant, neqve DEUS, neqve ipsius electio, sed malitia eorum in culpa est.

(2. Pet. 2. Luc. 11. Ebr. 12.)

XII. Hucusqve homo pius in meditatione Articuli de æterna DEI electione tutò progredi po-

poteſt: qvatenus, videlicet, ea in Verbo DEI eſt revelata. Verbum DEI enim nobis CHRISTUM, Librum vitæ, proponit: is nobis per Evangelii prædicationem aperitur & evolvitur, ſicut ſcriptum eſt: *Qvos elegit, hos vocavit.* In CHRISTO igitur electio æterna DEI Patris eſt qværenda. *Is in æterno ſuo conſilio decrevit, qvòd præter eos, qvi filium ejus JESUM CHRISTUM agnoſcunt & in eum vere credunt, neminem ſalvum facere velit.* Reliqvæ cogitationes ex animis piorum penitus excutiendæ ſunt: qvia non à DEO, ſed ex afflatu Satanæ proficiſcuntur: qvibus humani generis hoſtis hoc agit, ut dulciſſimam illam conſolationem vel enervet, vel penitùs è medio tollat, qvam ex ſaluberrima hac doctrina haurire poſſumus: qva videlicet certi reddimur, qvòd mera gratia, ſine ullo noſtro merito in CHRISTO ad vitam æternam electi ſimus: & qvod nemo ex ipſius manibus rapere nos poſſit. Et hanc clementiſſimam electionem non nudis verbis, ſed interpoſito jurejurando Dominus conteſtando confirmavit, & venerabilibus Sacramentis nobis obſignavit: qvorum in ſummis tentationibus meminiſſe, & ex iis conſolationem petere debemus, ut ignita Diaboli tela extingvamus.

(Rom. 8.)

XIII. Interim tamen ſummo ſtudio in eo elaboremus, ut ad normam voluntatis divinæ vitam noſtram inſtituamus, & vocationem noſtram in-

ſti-

lituamus, & vocationem noſtram (ut D. Petrus loqvitur) firmam faciamus: neqve à DEI revelato verbo latum ungvem recedamus: illud enim nunqvam nos fallet.

(2. Pet. 1.)

XIV. Hac brevi explicatione æternæ electionis divinæ honos ſuus DEO plenè & in ſolidum tribuitur: qvòd videlicet ſ. cundùm voluntatis ſuæ propoſitum mera miſericordia, ſine ullo noſtro merito ſalvos nos faciat. Neqve tamen hac doctrina vel gravioribus illis animi perturbationibus, & puſillanimitati, vel Epicureiſmo anſa præbetur.

NEGATIVA.

Falſæ doctrinæ, de hoc Articulo rejectio.

CRedimus igitur & ſentimus, qvando doctrina de electione DEI ad vitam æternam eo modo proponitur, ut perturbata pia mentes ex ea conſolationem nullam capere qveant, ſed potius per eam in animi anguſtias, aut deſperationem conjiciantur; aut impœnitentes in diſſoluta ſua vita confirmentur; qvòd Articulus hic non ad normam verbi & voluntatis DEI, ſed juxta humana rationis judicium, & qvidem impulſu Satanæ malè & perperàm tractetur. Qvacunqve enim ſcripta ſunt (inqvit Apoſtolus) ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patien-

poteſt: qvatenus, videlicet, ea in Verbo DEI eſt revelata. Verbum DEI enim nobis CHRISTUM, Librum vitæ, proponit: is nobis per Evangelii prædicationem aperitur & evolvitur, ſicut ſcriptum eſt: *Qvos elegit, hos vocavit.* In CHRISTO igitur electio æterna DEI Patris eſt qværenda. *Is in æterno ſuo conſilio decrevit, qvòd prater eos, qvi filium ejus JESUM CHRISTUM agnoſcunt & in eum vere credunt, neminem ſalvum facere velit.* Reliqvæ cogitationes ex animis piorum penitus excutiendæ ſunt: qvia non à DEO, ſed ex afflatu Satanæ proficiſcuntur: qvibus humani generis hoſtis hoc agit, ut dulciſſimam illam conſolationem vel enervet, vel penitùs è medio tollat, qvam ex ſaluberrima hac doctrina haurire poſſumus: qva videlicet certi reddimur, qvòd mera gratia, ſine ullo noſtro merito in CHRISTO ad vitam æternam electi ſimus: & qvod nemo ex ipſius manibus rapere nos poſſit. Et hanc clementiſſimam electionem non nudis verbis, ſed interpoſito jurejurando Dominus conteſtando confirmavit, & venerabilibus Sacramentis nobis obſignavit: qvorum in ſummis tentationibus meminiſſe, & ex iis conſolationem petere debemus, ut ignita Diaboli tela extingvamus.

(Rom. 8.)

XIII. Interim tamen ſummo ſtudio in eo elaboremus, ut ad normam voluntatis divinæ vitam noſtram inſtituamus, & vocationem noſtram in-

ſti-

lituamus, & vocationem noſtram (ut D. Petrus loqvitur) firmam faciamus: neqve à DEI revelato verbo latum ungvem recedamus: illud enim nunqvam nos fallet.

(2. Pet. 1.)

XIV. Hac brevi explicatione æternæ electionis divinæ honos ſuus DEO plenè & in ſolidum tribuitur: qvòd videlicet ſecundùm voluntatis ſuæ propoſitum mera miſericordia, ſine ullo noſtro merito ſalvos nos faciat. Neqve tamen hac doctrina vel gravioribus illis animi perturbationibus, & puſillanimitati, vel Epicureiſmo anſa præbetur.

NEGATIVA.

Falſæ doctrinæ, de hoc Articulo rejectio.

CRedimus igitur & ſentimus, qvando doctrina de electione DEI ad vitam æternam eo modo proponitur, ut perturbata pia mentes ex ea conſolationem nullam capere qveant, ſed potius per eam in animi anguſtias, aut deſperationem conjiciantur; aut impœnitentes in diſſoluta ſua vita confirmentur; qvòd Articulus hic non ad normam verbi & voluntatis DEI, ſed juxta humana rationis judicium, & qvidem impulſu Satanæ malè & perperàm tractetur. Qvacunqve enim ſcripta ſunt (inqvit Apoſtolus) ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patien-

patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus, Rom. 15. Rejicimus itaque omnes, quot jam enumerabimus, errores:

I. Quòd DEUS nolit, ut omnes homines pœnitentiam agant, & Evangelio credant.

II. Quando DEUS nos ad se vocat, quòd non seriò hoc velit, ut omnes homines ad ipsum veniant.

III. Quòd nolit DEUS, ut omnes salventur: sed quod quidam, non ratione peccatorum suorum, verùm solo DEI consilio, proposito, & voluntate, ad exitium destinati sint, ut prorsus salutem consequi non possint.

IV. Quòd non sola DEI misericordia, & sanctissimum CHRISTI meritum, sed etiam in nobis ipsis aliqua causa sit electionis divinæ, cujus causa ratione DEUS nos ad vitam æternam elegerit.

Hæc dogmata omnia falsa sunt, horrenda & blasphema: iisq; piis mentibus omnis prorsus consolatio eripitur, quam ex Evangelio & Sacramentorum usu capere deberent: & idcircò in Ecclesia DEI nequaquam sunt ferenda.

Hæc brævis est & simplicissima Articulorum controversorum explicatio, de quibus inter Theologos Augustanæ Confessionis aliquamdiu disceptatum & discrepantibus inter se sententiis disputatum est. Et ex hac declaratione homo pius, quantumvis simplex, secundùm analogiam Verbi DEI, & Catechismi simplicem doctrinam depre-

prehendere poteſt, qvid verum ſit, qvid falſum. Non enim tantumnodò ſincera doctrina diſertè eſt recitata, verùm etiam contraria & falſa doctrina repudiata eſt & rejecta: & Controverſiæ illæ, offendiculorum plenæ, ſolidè ſunt deciſæ æqve dijudicatæ.

Faxit DEUS omnipotens, Pater DOMINI noſtri JESU CHRISTI, ut per gratiam Spiritus ſancti omnes in ipſo conſentientes & concordes ſimus, atq; in conſenſu pio, qvi ipſi probetur, conſtanter perſeveremus, Amen.

APPENDIX.

De aliis hæreſibus & ſectis, qvæ nunqvam Auguſtanam Confeſſionem ſunt amplexæ.

NE tacita cogitatione hæreſes illæ & ſectæ nobis tribuantur, propterea, qvòd earum in commemorata declaratione expreſſam mentionem non fecimus: viſum eſt Articulos earum ad calcem (ut dicitur) hujus ſcripti nudè recitare, in qvibus noſtris temporibus hæretici à veritate diſſentiunt, & ſinceræ noſtræ religioni & Confeſſioni contrarium docent.

I.

Errores Anabaptiſtarum.

ANabaptiſta in multas ſectas ſunt diviſi: qvarum

rum aliæ plures, aliæ paucioes errores defendunt. Generatim tamen omnes talem doctrinam profitentur, qvæ neqve in Ecclesia, neqve in Politia, neqve in Oeconomia tolerari potest.

I. Articuli Anabaptistici, qvi in Ecclesia ferri non possunt.

I.

Qvòd CHRISTUS carnem & sangvinem suum non è Maria virgine assumserit, sedè cœlo attulerit.

II. *Qvòd CHRISTUS non sit verus DEUS: sed tantummodò cæteris sanctis sit superior, qvia plura Spiritus sancti dona acceperit, qvàm alius qvispiam homo sanctus.*

III. *Qvòd justitia nostra coram DEO, non in solo CHRISTI merito, sed in renovatione atqve adeò in nostra propria probitate, in qva ambulemus, consistat. Ea verò Anabaptistarum justitia magna ex parte electitia & humanitùs excogitata qvadam sanctimonia constat, & reverà nil aliud est, qvàm novus qvidam Monachatus.*

IV. *Qvòd infantes non baptizati coram DEO non sint peccatores, sed justi & innocentes, & in illa sua innocentia, cum usum rationis nondum habeant, sine Baptismo (qvo videlicet ipsorum opinione non egeant) salutem consequantur. Et hoc modo rejiciunt totam de peccato Originali doctrinam, reliqva etiam, qvæ ex ea dependent.*

V. *Qvòd*

V. *Qvod infantes baptizandi non ſint, donec uſum rationis conſequantur, & fidem ſuam ipſi profiteri poſſint.*

VI. *Qvòd Chriſtianorum liberi eam ob cauſam, qvia parentibus Chriſtianis & fidelibus orti ſunt (etiam prater & ante ſuſceptum Baptiſmum) revera ſancti, & in filiorum DEI numero ſint habendi. Qva de cauſa etiam neqve Pædobaptiſmum magnificiunt, neqve id operam dant, ut infantes baptizentur; Qvod cum expreſſis verbis promiſſionis divinæ pugnat: ea enim tantùm ad eos pertinet, qvi fœdus DEI obſervant, illudq; non contemnunt.*

VII. *Qvòd ea non ſit vera & Chriſtiana Eccleſia, in qva aliqvi adhuc peccatores reperiuntur.*

VIII. *Qvòd conciones non ſint audienda ulla in iis templis, in qvibus aliqvando Miſſa Pontificia ſunt celebrata.*

IX. *Qvod homo pius nihil prorſus commercii habere debeat cum Eccleſiæ Miniſtris, qvi Evangelium CHRISTI juxta Auguſtanæ Confeſſionis ſententiam docent, Anabaptiſtarum conciones ac errores reprehendunt: & qvòd ejusmodi Eccleſiæ Miniſtris neqve ſervire, neqve operam locare liceat: ſed qvod iidem ut perverſores verbi divini vitandi & fugiendi ſint.*

2. Articuli Anabaptiſtici, qvi in Politia ſunt intolerabiles.

I. QVòd Magiſtratus officium non ſit ſub no-

vo

vo Teſtamento genus vitæ, qvod DEO placeat.

II. Qvod homo Chriſtianus ſalva & illæſa conſcientia officio Magiſtratus fungi non poſſit.

III. Qvod homo Chriſtianus illæſa conſcientia officium Magiſtratus, rebus ita ferentibus, adverſus improbos adminiſtrare & exeqvi, & ſubditi poteſtatem illam, qvam Magiſtratus à DEO accepit, ad defenſionem implorare non poſſint.

IV. Qvòd homo Chriſtianus ſana conſcientiâ, jusjurandum præſtare & juramento interpoſito obedientiam & fidem ſuo principi aut Magiſtratui promittere neqveat.

V. Qvòd Magiſtratus, ſub novo Teſtamento, bona conſcientia homines facinoroſos capitali ſupplicio afficere non poſſit.

3. Articuli Anabaptiſtici, qvi in Oeconomia ferri non poſſunt.

I.

Qvòd homo pius non poſſit conſcientia ſalva proprium tenere & poſſidere: ſed qvòd is, qvicqvid omnino facultatum habeat, id totum in commune conferre debeat.

II. Qvòd homo Chriſtianus illæſa conſcientia neqve cauponariam, neqve mercaturam exercere, aut arma confieere poſſit.

III. Qvòd

III. Qvod conjugibus propter diversam religionem divortium facere, & cum alia persona, qvæ in religione non dissentiat, matrimonium contrahere liceat.

II.

Errores Schvvencofeldianorum.

I.

QVòd omnes illi, qvi CHRISTUM secundùm carnem creaturam esse dicunt, non habeant veram regnantis cœlestis Regis agnitionem.

II. Qvòd Caro CHRISTI per exaltationem eo modo omnes proprietates divinas acceperit, ne CHRISTUS, qvatenus homo est, potentia, virtute, majestate, gloria, Patri & τῷ λόγῳ, per omnia, in gradu & statu essentiæ, omninò aqvalis sit: ita, ut jam utriusq; in CHRISTO natura una sit essentia, eadem proprietates, eadem voluntas, eademq; gloria: & qvod Caro CHRISTI ad Sacrosancta TRINITATIS essentiam pertineat.

III. Qvòd Ministerium verbi, pradicatum & auditu perceptum verbum, non sit instrumentum illud, per qved DEUS Spiritus Sanctus homines doceat, salutaremq; CHRISTI agnitionem largiatur, & conversionem, veram pœniten-

nitentiam, fidem, & novam obedientiam in ipsis efficiat.

IV. Quòd aqua baptismi non sit medium, per quod DOMINUS adoptionem in filiis DEI obsignet, & regenerationem efficiat.

V. Quòd panis & vinum in sacra Cœna non sint organon, per qua & cum quibus CHRISTUS Corpus & Sanguinem suum distribuat.

VI. Quòd homo pius, verè per Spiritum DEI regeneratus, Legem DEi in hac vita perfectè servare & implere valeat.

VII. Quòd non sit vera Ecclesia CHRISTI, in qua non vigeat publica excommunicatio, & solennis aliqua excommunicationis modus, seu & vulgò dicitur, processus ordinarius.

VIII. Quòd ut Ecclesiæ Minister alios homines cum fructu docere, aut vera Sacramenta dispensare non possit, qui ipse non sit verè renovatus, renatus & verè justus.

III.
Error novorum Arianorum.

Quòd CHRISTUS non sit verus, substantialis, naturalis DEUS, ejusdem cum Patre & Spiritu Sancto essentiæ: sed divina tantùm Majestate ita cum Patre ornatus, ut Patre sit inferior.

IV. E-

Error Antitrinitariorum.

Hæc prorsus nova est Hæresis, qva antehac Ecclesiis CHRISTI ignota fuit, eorum videlicet, qvi opinantur, docent & profitentur, non esse unicam tantum divinam & æternam Patris & Filii, & Spiritus Sancti essentiam: sed qvemadmodum Pater, Filius, & Spiritus Sanctus tres sunt distincta Persona, ita unamqvamq; Personam habere distinctam, & à reliqvis Personis divinitatis separatam essentiam. Et horum alii sentiunt, qvod singula persona in singulis essentiis aqvali sint potestate, sapientia, Majestate, & gloria: sicut aliàs tres numero differentes homines, ratione essentiæ suæ, sunt à se invicem disjuncti & separati: Alii sentiunt tres illas personas & essentias ita inaqvales esse, ratione essentiæ & proprietatum, ut solus DEUS Pater verus sit DEUS.

Hos, atqve his similes errores omnes, & eos etiam, qvi ab his dependent, & ex his conseqvuntur, rejicimus atqve damnamus: utpote, qvi falsi sint atqve hæretici, & qvi Verbo DEI, tribus approbatis Symbolicis, Augustanæ Confessioni, ejusdem Apologiæ, Smalcaldicis Articulis, & Catechismis Lutheri repugnent: qvos etiam errores omnes pii, summi atqve infimi, cavere & vitare debent, nisi æternæ suæ salutis jacturam facere velint.

Qvòd autem hæc ſit omnibus noſtrum fides, doctrina, & Confeſſio, (*de qva in noviſſimo illo die Judici* DOMINO *noſtro* JESU CHRISTO *rationem reddere parati ſumus*) & qvod contra hanc doctrinam nihil vel occulte, vel apertè dicere aut ſcribere, ſed per gratiam DEI in ea conſtanter perſeverare velimus; in ejus rei fidem, re bene meditata, in vero DEI timore & invocatione nominis ejus, hanc epitomen propriis manibus ſubſcripſimus.

Colo-

Colophonis loco sequuntur adhuc duæ Precationes Scholasticæ, & Indiculus Historiæ Ecclesiasticæ.

Precatio Scholasticorum, in Secunda, Tertia, & Quarta Classe.

O JESU CHRISTE, FILI DEI vivi, qvi propter nos factus es homo, & ascendisti in cœlum, ut dona dares hominibus; te supplices oramus, ut Spiritum Sanctum, qvem sangvine tuo miseris mortalibus peperisti, ac paterne promisisti, ex misericordia nobis largiri digneris; qvi tenebras nostras illuminet, & in studiis literarum nobis benedicat, ut cœlestem ac salutarem doctrinam, à te patefactam, propter animarum nostrarum salutem, & artes humanæ vitæ necessarias rectè discamus; & in totius vitæ curriculo gubernet, ut simus & maneamus vasa misericordiæ & organa salutaria Ecclesiæ & politiæ, te in hac æterna vita celebrantia, qvi vivis & regnas æternus DEUS cum Patre & Sancto Spiritu, in seculorum, Amen.

Precatio Scholasticorum in Prima Classe.

GRatias agimus tibi omnipotens DEUS, æterne PATER DOMINI nostri JESU

CHRISTI, qvod inde usqve ab initio mundi, tuam Ecclesiam tibi collegisti, & pretioso FILII tui Sangvine redemisti, & nos miseros æternarumqve pœnarum reos in ea cives asciviſti, cum in sacrosancto baptismate Sangvine FILII tui nos aspersos ab omnibus peccatis abluisti, & hæredes vitæ æternæ scripsisti: qvodqve adhuc tuam Ecclesiam conversas, regis, doces, & tueris, concedis illi pacem, & hospitium tranqvillum. Ingens est hoc tuum beneficium & majus, qvam ut cogitatione illud assequi, aut oratione & gratiarum actione celebrare possimus. Agimus etiam tibi gratias, qvòd nos singulari consilio ad literarum studia vocasti, & hactenus mediocrem felicitatem in iis largitus es nobis, dedisti ingenium, Præceptores & alia necessaria omnia. Te oramus & obsecramus, ut porrò etiam tuam Ecclesiam, cujus membra & cives sumus, tuearis, & doctrinam puram, & orthodoxam, qvam ipse tua voce populo tuo Israelitico tradidisti, & qvam professus est CHRISTUS FILIUS tuus unigenitus, & circumtulerunt Apostoli, serves, & ad omnem posteritatem propages. Dones fideles, & idoneos Doctores; concedas pacem & concordiam, repulsis hostibus & repressis furoribus sophistarum & hæreticorum, qvi eam extinctam volunt. Serva etiam scholas pias, & artium lingvarumqve thesaurum, qvem dedisti nobis, clementer custodi. Impertinobis Præceptores bonos, fideles, pios, & solidæ veri-

tatis

tis amantes, à qvibus piè, rectè & utiliter erudiamur. Rege nos Spiritu Sancto, & effice, ut pariter Præceptores vera doceant, & nos utilia & salutaria nobis ipsis, Ecclesiæ & toti Reipublicæ discamus. Da nobis ingenium felix & doctrinæ bonæ capax. Redde mentem docilem & perspicacem, ut seriò, & magno cum fructu verbum tuum, & bonas artes discamus. Acue & procude lingvam, ut res mente comprehensas expeditè & diserte efferre possimus. Tuere valetudinem, ut opera vocationis studiosè faciamus; & suppedita nobis alia, qvæ ad studia necessaria sunt, ut vera pietate, & literarum cognitione instructi, utiliter inserviamus Ecclesiæ tuæ, juventuti, & toti vitæ humanæ: per CHRISTUM JESUM FILIUM tuum unicum, nostrum Servatorem, Intercessorem & Pontificem summum,

Amen.

Indiculus hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

SEries temporum univerſalis haud incommode in qvinqve Terminos diſtingvi poteſt: qvorum primus eſt à Mundi Origine ad diluvium, complectens Annos 1656.

Secundus eſt prima Monarchia, Chaldaeorum videlicet ſive Aſſyriorum & Babyloniorum, qva non longè admodum poſt Diluvium cœpit, & in univerſum Annos continet 1701. *(Scilicet usqve ad Cyrum.) Additis Annis* 62. *qvi inter diluvium & initium hujus Monarchia intercedunt, ſumma conſtatur* 1763.

Tertius terminus eſt ſecunda Monarchia, Perſica nimirum, qva duravit Annos 200.

Qvartus terminus eſt tertia Monarchia nempe Graecorum, qva complectitur Annos 282.

Qvintus & ultimus terminus eſt Monarchia qvarta, ſcilicet Romanorum, qva Annos habet 47. *ante* CHRISTUM *natum, qvibus duo adduntur usqve ad initium aræ Chriſtiana, & ſic praſens Annus eſt ab initio Monarchia Romana milleſimus, ſexcenteſimus, & ſexageſimus nonus.*

(Secutus autem in hac ſupputatione imprimis ſum Chronologiam Sethi Calviſi, juxta qvam initium prima Monarchia in Annum Mundi incidit 1718. *Secunda,* 3419. *Tertia* 3620. *Qvarta.* 3901.)

I. TER-

I. TERMINUS.

A MUNDI ORIGINE AD DILUVIUM.

Anno Mundi

1. Mundi rerumqve omnium creatio. Qvò pertinet 1. Institutio Matrimonii : 2. Itemqve Sabbathi : 3. Lapsus primorum Parentum : 4. Et primæ promissionis de MESSIA promulgatio, Genes. 1. 2. 3.

(Sethus Calvisius putat 26. Octobris primum in Orbe diem fuisse.)

Sancti Patres, qvi ante Diluvium vixerunt, numerantur decem : Genes. 5. Adam, qvi vixit Annos 930. Seth 912. Enos 905. Kenan. 910. Mahalaleel 895. Jared. 962. Henoch. 365. Mathusalem 969. Lamech. 777. Noah. 950.

Anno Mundi

987. Henoch in cœlum vivus transfertur, Gen. 5.

1656. DILUVIUM ORBIS Terrarum Catholicum, Geneſ. 6. 7. 8.

Pluvia incipiunt die 28. Novembris, feria 4. & demum Anno ſequente 1657. die 6. Januarii deſinunt.

Noah Arcam ingreſſus cum uxore, tribus filiis, eorumq; uxoribus, & omnis generis animantibus, contuetur iram cæleſtem, & rerum conditarum omnium interitum: & ſupra ruinas Orbis terrarum ferè quinque Menſium ſpacio navigat.

Die 26. Aprilis Arca quievit in montibus Ararat.

Circa octavum Julii apparuerunt cacumina montium.

Circa 17. Auguſti Noah corvum emittit.

Die 24. Auguſti emittit columbam.

Poſt octiduum ultimo Auguſti, iterum emiſſa columba latum aqvarum imminutarum nuncium prabet exhibito ramuſculo olea virentis.

Die 7. Septembris columba emiſſa non redit.

Circa 11. Octobris Noah tectum Arca removet, & egreditur, ſeqve cum omnibus animantibus iterum terra committit, circa 7. Decembris; ubi DEO JEHOVÆ σωτήρια & εὐχαριστήρια *immolat; & ſignum clementia divina arcum cæleſtem in nubibus accipit.*

II. TER-

II. TERMINUS.

Prima Monarchia Chaldæorum seu Assyriorum, qvæ Annis 62 post Diluvium incipit.

CUm res Ecclesia & Hebrai Populi præcipuum momentum in summis illis Monarchiis Mundi obtineant, sciendum imprimis est, gubernationem Populi Hebrai in 6. Dynastias distingvi solere: qvarum tres priores pertinent ad primam Monarchiam; qvarta ad secundam; qvinta ad tertiam, sexta ad qvartam.

1. *Dynastia populi Hebrai est* πατριαρχικὴ, *sub Patriarchis post Diluvium usqve ad Josephum in Ægypto, inclusivè: qvinimo ad Mosen usqve per Annos* 795.

2. *Secunda Dynastia Populi Hebrai est* ἡρωικὴ *Ducum & Judicum, à Mose, usqve ad regnum Saulis, per Annos* 417.

3. *Tertia Dynastia Populi Hebrai est* βασιλικὴ *à Saule usqve ad Captivitatem Babylonicam, & conflagrationem Hierosolymorum, per Annos* 480.

4. *Qvarta Dynastia Populi Hebrai est* ἡγεμονικὴ *Ducum & Pontificum post captivitatem Babylonicam, sub secunda Monarchia, usqve ad Maccabæorum dominatum, per Annos,* 363.

5. *Quinta Dynastia populi Hebrai est ἀρχιερατικὴ Hasmonaorum seu Maccabaorum, sub Monarchia tertia, usqve ad regnum Herodis per Annos* 130.

6. *Sexta & ultima Dynastia Populi Hebraï est δεσποτικὴ Herodiadarum & Romanorum, sub initium Quarta Monarchia, usqve ad ultimum excidium Hierosolymorum gentisq; Judaïcæ, cujus reliquiæ per totum Orbem terrarum dispersæ; per Annos* 106.

Anno Mundi

1658. Dynastia I. Pop. Hebr. πατερικὴ.

SAncti Patres, qvi post diluvium numerantur, qvi & Patriarchæ dicuntur, Actor. 2. v. 8. 9. Ebr. 7. v. 4. usqve ad Mosen fuerunt tredecim, Gen. 11.

Sem, qvi vixit Annos 600. Arphachsad, 438. Sale, 433. Eber 464. Peleg. 239. Rehu, 239. Saruch, 230. Nachor, 148. Thara, 205. ABRAHAM, 275. ISAAC, 180. JACOB, 147. Joseph, 110.

Reges

Reges *in* prima Manarchia *numerantur in universum circiter* 60. *sed in duplici ordine ac differentia.*

Primùm enim Monarchiâ adhuc integrâ rerum potiti sunt 38. *quorum primus fuit.* Nimrodus *Noami pronepos; hujus S. Litera meminerunt, Genes.* 11.

Ultimus verò Sardanapalus, *homo effeminatissimus, qui à Praefectis suis biennali obsidione defatigatus tandem pyram in Regia extruxit, in eaque se, regias vestes, aurum & argentum, uxores atque Eunuchos exussit: atque sic prima hac Monarchia divisa ac quodammodo finem suum sortita fuit.*

Deinde verò divisâ hac Monarchiâ in duo Regna; Babylonicum & Medicum, Babylonico adhuc praefuerunt 13. *Reges; Medico novem: Inter quos celebres imprimis sunt in sacris Literis: Phul-Belochus, 2 Reg.* 15. *Thiglath-Pilesser, ibid. & 2. Chron.* 28. *Sargon, Esa.* 20. *Salmanasser, 2. Reg.* 18. *Sennaherib, 2. Reg.* 18. & 19. *Asarhaddon, ibid. Merodach, Esa.* 39. *Nebuchodonosor, 2. Reg.* 24. *Dan.* 2. 4. *Evilmerodach, 2. Reg.* 25. *Jer.* 52. *Belsazer, Dan.* 5. *Darius Medus, Dan.* 6.

Anno Mundi

1718. Initium Monarchiæ Babylonicæ, in Nimrodo, Genes. 10.

Anno Mundi

1757. Turris Babylonicæ extructio, lingvarumqve confusio, Gen. 11.

1948. ABRAHAM nascitur, Genes. 11.

2021. Vocatio Abrahæ prima ejusqve migratio ex Uro Chaldæorum in Haran Mesopotamiæ, Genes. 11. Ios. 24. Act. 7. Hic incipit Ecclesia Judaica veteris Testamenti.

2023. Vocatio Abrahæ altera ex Haran in terram Canaan, Anno ætatis 75. Genes 12. renovatâ simul PROMISSIO de MESSIA. Hinc numerantur Anni peregrinationis.

2047. Sacramentum Circumcisionis institutum, Genes. 17.

Anno

Anno Mundi

2048. ISAACI nativitas miraculosa, Gen. 21.

2123. ABRAHAM moritur, Genes. 25.

2126. Exilium Isaaci in Geraris, ubi ei repetitur PROMISSIO de MESSIA, Gen. 26.

2185. Exilium Jacobi: & repetitio PROMISSIONIS de MESSIA, Gen. 28.

2205. Redditus Jacobi ex Mesopotamia in Canaan. Ejusdem lucta cum FILIO DEI, ubi & novum nomen ISRAELIS accepit, Gen. 32.

2217. Venditio Iosephi & abductio in Ægyptum, Genes. 37.

2226. Castitas Iosephi, & in carcerem conjectio, Genes. 39. 40.

Anno Mundi

2228. Isaaci mors, Genes. 35. cum vixisset Annos 180. & plusqvam triginta Annis cœcus fuisset, afflictus insuper nepotum suorum flagitiis.

1229. Exaltatio Josephi, Genes. 41.

2238. Jacobi cum tota familia in Ægyptum migratio, Genes. 46. 47.

2255. Jacob Patriarcha moritur, cum primùm egregium vaticinium edidisset de MESSIA NASCITURO, Genes. 49. 50.

2209. Josephus moritur, Genes. 50.

A Jacobo usqve ad Aaronem & Mosen sunt generationes qvatuor: Jacob enim genuit Levi, qvi vixit Annos 137. *Levi vero genuit Kahat Amram, qvi vixit* 237. *Amram Aaronem & Mosen.*

Anno Mundi

2369. Aaron naſcitur.

2370. Edictum Pharaonis de necandis aut ſubmergendis Hebræorum pueris, Exod. 1. 2.

2372. Moſes infans in ripa Nili à Pharaonis Filia repertus educatur in Aula Ægyptiaca, Exod. 2. Actor. 7. Ebr. 11.

2413. Moſis fuga ex Ægypto in Madian, Exod. 2.

2452. Vocatio Moſis divina è rubo ardenti, Exod. 3.

2453. Inſtitutio Agni Paschalis: & exitus Iſraëlitarum ex Ægypto, die 15. Aprilis, noctu. Secuta eſt, die 5. Junii Promulgatio Legis in monte Sinai, Exod. 12. 14. 19. 20.

Sub

Sub hac Prima Populi Hebrai Dynaſtia exorta ſunt Regna aliqvot exotica: inter qva imprimis celebrantur Ægyptiacum, Archivum, Atticum, Trojanum, Germanicum, &c.

Reges Ægyptiorum *omnes dicti ſunt* Pharaones, *eorumq; numerantur circiter* 40. *ab Anno Mundi* 1953. *usq; ad Annum* 3426.

Et primus qvidem Pharao vel Rex Ægypti uiſſe *dicitur* Mizraim, *alius* Oſiris, *qvi regnavit Annis* 270. *& tandem à Fratre Typhone interfectus, & in* 26. *partes diſſectus eſt. Perhibetur hic Mizraimus fuiſſe Pharao ille, qvi Saram Abrahami uxorem per imprudentiam ſtupuerat, qvam tamen divino monitus oraculo mox reddidit, Gen.* 21

Secundus Ægypti Pharao vel Rex fuit Orus, *qvi Typhone fratricida obtruncato regnavit Annis* 18. *Hic eſt ille Pharao, qvi in ſacris Literis mirum in modum commendatur à munificentia in Joſephum ejusq; familiam.*

Succeſſit ei Filius Amaſis, *& huic iterùm Filius* Chebron, *tertius & qvartus Ægypti Pharaones vel Reges, per Annos circiter* 38. *qvi paterna avitaqve in Eccleſiam Iſraeliticam benevolentiam amuli fuerunt; qva in Succeſſoribus paulatim expiravit.*

Nonus *enim Ægypti Pharao vel Rex, qvi* Amenophis *vocatur, crudele illud edictum propoſuit de necandis Hebræorum pueris: cujus crudelitatem ſucceſſor ejus* Orus, *alio nomine*

Buſi

Busiris *dictus, imitatus est per Annos 38. Unde nata sunt Poetarum fabula de mactatis à Busiride hospitibus. Ovid. Metamorph. 9. Eandem crudelitatem exercuerunt etiam reliqui Pharaones per Annos 24. Usque ad Regem vel Pharaonem decimum tertium, qui* Cenchres *appellatur, qui Anno 16. Regni sui in mari rubro periit.*

Ex cæteris fit mentio Sesaci, 33. Pharaonis vel Regis Ægypti, 1. Reg. 14. ad quem confugerat Ferobeamus, cum in vita periculo versaretur, 1. Reg. 11, quoque adjutus, post mortem Salomonis, Regni Israelitici potiſsimam partem invadit, 1. Reg. 12. Hic Sesacus postmodò Hierosolymitanos bello adortus, aufert thesauros templi & Regis, item scuta aurea Salomonis, 1. Reg 14.

Item Necho memoratur passim in sacris Literis, qui Pharao vel Rex Ægypti fuit 44. cui Josias Rex Juda bellum temere movet, & in ipso prælio sagitta percussus interit, 2. Reg. 23. 2. Chron. 35. Hic Necho etiam Johahan, Filium Josiæ, regno privat, & captivum abducit in Ægyptum: ibid. & Fratrem ejus Jojakim Regem constituit. Contra eum vaticinatur Jeremias, cap. 46. &c.

Præterea mentio fit Regis Haphra, (qui & Apryes nominatur,) Pharaonis Ægypti 46. cui interitum prædixerunt Jeremias & Ezechiel aliquot annis, antequam à successore Amasi stran-

ſtrangularetur. Jerem. 44. *Ezech.* 29. 30. 31. 32. *&c.*

Duravit igitur Regnum Ægyptiacum usque ad initium Monarchiæ Perſicæ. Cambyſes enim capto Pſammenito, ultimo Ægyptiorum Pharaone, Ægyptum in poteſtatem Perſarum redegit.

Defecerunt ſanè poſtea Ægypti ſemel atque iterum etiam ab Imperatoribus Perſicis: ab iisdem tamen ſubinde rurſus domiti ac ſubacti ſunt, usque ad tertiam Monarchiam Græcorum.

Poſt mortem verò Alexandri Magni denuò inſtauratum eſt Ægyptiorum regnum: donec à Romanis, ſub initium Monarchiæ quartæ, in provinciam redigeretur; quæ hodie Imperio Turcico ſubjacet.

Regni Archivi *primus Rex fuit* Inachus, *qui ex Ægypto in Peloponneſum deducta colonia Archis regnum condidit, Anno M.* 2112. *cui ipſe præfuit Annis* 50. *& ſucceſſores habuit* 14. *usque ad Annum M.* 2638. *quo deſiit in Regnum Mycenarum.*

Athenienſium *Regno initium dedit* Cecrops *Ægyptius: Anno M.* 2409. *ſucceſſores habuit* 15. *usque ad Codrum ultimum Athenienſium Regem, per Annos* 471. *Poſtea cæperunt Archontes, qui Athenienſibus præfuerunt per Annos* 390. *donec in Democratiam regnum hoc abiret, circa Annum M.* 3290. *tandem Monar-*

narchia Gracorum itemqve Romanorum ſubjectum eſt, &c. hodie Turcis ſubeſt.

Trojanum *Regnum incepit* Dardanus, *primus Troja in Phrygia Rex, Anno Mundi* 2488. *Secundus Rex fuit Erichthonius: Tertius, Tros; unde nomen Urbi & Regno inditum: Quartus Ilus: Quintus Laomedon: Sextus Priamus. Tandem Troja poſt decennalem obſidionem everſa ac funditus deleta eſt, Anno Mundi* 2767.

Germanorum *Regnum cæpit Anno Mundi* 1812. *Primus Rex fuit* Aſcanes, *qvi &* Tuiſcon *dicitur, Filius Gomeri, Japheti nepos. Is in Germania fundamenta qvadam Eccleſia & Reipubl. jecit. Huic ſucceſſit Filius* Mannus: *deinde nepos* Ingevon: *poſtmodo pronepos* Iſtoevon: *denique abnepos* Hermannus, *circa Annum Mundi* 2124. *&c.*

Dynaſtia II. ἡρωϊκή.

Duces ac Judices Populi Iſraëlitici, poſt exitum ex Ægypto nqve ad Regnum Saulis fuerunt 17. *nempe*, 1. *Moſes*: 2. *Joſua*: 3. *Othoniel*: 4. *Ehud*: 5. *Samgar*: 6. *Debora ac Barac*: 7. *Gideon*: 8. *Abimelech fatricida*: 9. *Thola*: 10. *Jair*: 11. *Jephtha*: 12. *Ebzan*: 13. *Elon*: 14. *Abdon*: 15. *Samſon*: 16. *Eli, Sacerdos & Judex*: 17. *Samuel Propheta & Judex.*

Anno

Anno Mundi

2453. Pharaonis & Ægyptiorum in mari rubro interitus, Exod. 14.

Fontium amarorum in Maro dulcoratio, Exod. 15.

Mannæ cœleſtis prima pluvia in deſerto Sin, Exod. 16.

Aqvæ è petra, Moſis Virgâ percuſsa, productio in Raphidim, Exod. 17.

Joſuæ de Amalecitis victoria, Moſis precibus impetrata Exod. 17.

Aurei vituli adoratio idololatrica, Exod. 32.

Anno Mundi

2454 Moſes juſſu DEI erigit Tabernaculum fœderis, Exod. 40. *Die primo primi Menſis, 23. Martii, feria tertia.*

Neo-

Neomeniâ ſecundi Menſis, 22. Aprilis, *feria qvinta* numerantur Iſraëlitæ, Num. 1. Reperti ſunt 603550. Virorum, Annum ætatis vigeſimum egreſſorum: non connumeratis Levitis, qvorum erant 22000. Num. 2. 3. qvi omnes in deſerto mortui ſunt, duobus duntaxat exceptis, Joſua & Caleb.

Circa vindemiam, Menſe Auguſto, mittuntur exploratores in terram Canaan, Num. 13.

Anno Mundi

2492. Miriam & Aron moriuntur: illa qvidem Menſe primo, hic ſecundo, Numero. 20. 33.

— *Huc pertinet hiſtoria ſerpentis anei à Moſe in deſerto erecti, qvi fuit* typus CHRISTI, *Num. 21. Joh. 3.*

Itemq́

Itemqve historia Bileami, in qva iterum occurrit Vaticinium de Messia, *Num.* 22. 23. 24.

Anno Mundi

2493. Moses & Eleasar secunda vice populum numerant: posteaqvam illi, qvi prius numerati erant, omnes interiissent.

Reperiuntur autem jam 601730. *virorum & Levitarum* 23000. *Num.* 26.

Eodem Anno Moses moritur, neomenia ultimi Mensis, qvæ incidit nobis in 12. Martii.

Repetierat prius totam Legem eamq; Populo diligentissimè inculcaverat, edito simul Vaticinio de Messia, *Deut. 1. & 18. &c.*

2494. JOSUA populum Israëliticum per Jordanem introducit in terram promissam. Die 19. Aprilis. Jos. 3. 4.

Eodem Anno populus circumciditur in castris Gilgal. Jos. 5. & Manna deficit ibidem.

Anno

Anno Mundi

2499. Dividitur terra Canaan Iſraëlis, Joſ. 14. & erigitur Tabernaculum in Silo, Joſ. 18.

2511. JOSUA moritur, ætatis ſuæ 110. An. Joſ. 24.

2526. Prima Iſraëlitarum ſervitus octennalis ſub Cuſenrathaimo Rege Meſopotamiæ, à cujus jugo Othoniel, tertius Dux ac Princeps, populum liberat, Jud. 3.

2534. Secunda Iſraelitarum ſervitus ſub EGLONE Moabitarum Rege octodecennalis, à qva redimuntur per Ehud, qvartum Ducem ac Judicem populi, Jud. 3.

Anno Mundi

2550. Bellum Benjamiticum, qvo tota fere Tribus, ob libidinem nefandum uxori Levitæ illatam, est extincta, Jud. 20.

2614. Tertia Israëlitarum servitus vicennalis sub Jabine Cananæo: à qva liberantur per Deboram ac Baracum Jud. 4.

2654. Qvarta Israëlitarum servitus septennalis, sub Midianitis. Liberat eos Gideon, Jos. 6.

2660. Qvinta Israëlitarum servitus, sub Philistæis & Ammonitis, undecennalis. Redimit eos Jephtha, Jud. 11, 12.

Anno Mundi

2791. Sexta Iſraëlitarum ſervitus ſub Philiſtæis, qvadragenaria: à qva liberantur per Samſonem, Jud. 13. &c.

2810. ELI Sacerdos & Princeps ſive Judex populi per Annos 40. 1. Sam. 1. 4.

2850. Bellum Iſraëlitarum cum Philiſtæis, qvo periêre Filii ELI, & arca fœderis in hoſtium poteſtatem pervenit, ipſe vero Sacerdos ac Dux Eli, de ſella cadens, fracta cervice expirat, 1. Sam. 4.

2851. SAMUEL primus Propheta, & ultimus Iſraëlitarum Princeps ac Judex Eli ſuccedit, 1. Sam. 3, & 6. &c.

Sub hac ſecunda Dynaſtia Populi Hebraei floruerunt in exteris Regionibus: Linus Praeceptor Herculis: item Apollo, Mercurius, &c. circa Annum Mund: 2691.

Item, Latinus in Italia Regnum incipit Anno Mundi 2737.

Troja evertitur Anno Mundi 2767.

Æneas in Italiam venit & Lavinium condit Anno Mundi 2769. *& ſocero ſuo, Regi Latino, ſuccedit in Regno Anno Mundi* 2773. *cui praeſt per Annos* 4. *tantum, &c.*

Amazones in Germania floruerunt, qva fœmineum exercitum ſemel atqve iterum duxerunt in Aſiam, magnaqve bella geſſerunt, circa Annum Mundi 2568. *&* 2716. *&* 2829.

Dynaſtia III. Pop. Hebr.

βασιλική.

REgnum Populi Iſraelitici fuit aut integrum, aut diviſum. Integrum per Annos 88. *Diviſum, usqve ad captivitatem Babylonicam Annis* 392.

Regnum integrum adminiſtrarunt Reges tres: Saul, David, Salomon.

Poſtea Salomone defuncto Regnum diviſum eſt in Iſraelitieum vel Samaritanum & Judaicum, vel Hieroſolymitanum: Iſraelitico ſubdita fuerant decem tribus Populi Iſraelitici: Judaica

daico dua tantum, nempe tribus Juda & Benjaminis.

Regnum Israelitivum Reges habuit 18. Jeroboam, *Nedab*, *Baesa*, *Ella*, *Amri*, Achab, *Ahasia*, *Joram*, Jehu, *Joahas*, *Joas*, *Jeroboam II.* *Zacharia*, *Sallum*, *Mnahem*, *Pekaja*, *Peka*, Hosea.

Regnum Judaicum Reges 20. *habuit: Rehabeam*, *Abia*, Assa, Josaphat, *Joram*, *Ahasia*, *Athalia*, *Joas*, *Amazia*, Usias, *vel Azaria*, *Jotham*, Achas, Ezechias, Manasses, *Amon*, Josias, *Joachas*, *Jojakim*, Jechonia, *Zedekias.*

Anno Mundi

2881. SAUL primus Rex Pop. Israelitici, Asinas patris qværens, Regnum invenit, 1. Sam. 9.

2885. DAVID in Regem Pop. DEI ungitur, 1. Sam. 16.

2886. Victoria Davidis de Goliatho, 1. Sam. 17.

2887. Exilium Davidis, 1. Sam. 19. 20. 21. &c.

2888. Indigna cædes Sacerdotum DEI, facta immani tyrannide ac sævitia Saulis, 1. Samuel. 22.

2889. SAMUEL propheta moritur, ætat. 70. 1. Sam. 25.

Anno Mundi

2891. Saulis & Jonathæ interitus in bello Philiſtino 1. Sam. 31.

David ab exilio reverſus juſſu DOMINI Hebronem occupat: & ibi ſecunda vice ungitur in Regem, à tribu Juda, 2. Sam. 2.

Gad & Nathan Prophetæ clarent. 1. Sam. 22. & 24. 2. Sam. 12.

2892. Bellum civile inter poſteros Saulis & Davidem biennale, 2. Sam. 2.

2898. Tertia unctio Davidis, qvi ex omnium tribuum conſenſu integrum Regnum accipit, Hieroſolymam expugnat & ſedem Regni facit, 2 Sam. 5.

2900. DAVID arcam DOMINI qvæ hactenus fuerat in Kiriath-Jearim annis ferè 50. transfert in ædes Obed

Obed Edom: & inde post tres Menses in arcem Sion, 2. Sam. 6.

Anno Mundi

1901. Circa hoc tempus per Prophetam Nathan promittitur Davidi filius, qvi sit DEUS & homo, nempè MESSIAS, DOMINUS NOSTER JESUS CHRISTUS, 2. Sam. 7.

2906. Adulterium & homicidium Davidis.

2909. SALOMON nascitur, 1. Chron. 3.

2920. ABSOLON bellum suscitat, patrem fugat, concubinas publicè stuprat, regnum occupat, circa Mensem Majum, cum essent novæ fruges, 2. Sam. 7.

Anno Mundi

2921. Fames toto triennio affigit Iſraelitas, propter tyrannidem Saulis, qvam ante Annos 35. in Gibeonitas & cives oppidi Nobe, 1. Sam. 22. exercuerat, 2. Sam. 21.

2926. Davidis πολυπραγμοσύνη & ſuperbia in numerando populo, qvam ſecuta eſt horrenda peſtis, 2. Samuel. 24.

2929. Salomon vivo adhuc Patre, Rex coronatur 1. Reg. 1.

2830. David ætatis Anno 70. teſtamentum condit & placidè obit, 1. Reg. 2.

2932. Salomoni apparuit DOMINUS in Gibeon, & juſſus petere à DEO, qvæ vellet

let, ſapientiam petiit, qvam conſecutus eſt inauditam, unà cum divitiis immenſis, 1. Reg 3.

Anno Mundi

2933. Templi Salomonis fundamenta jacta in monte Moria, 1. Reg. 6. die 6. Maji.

2939. Encœnia Templi celebrata ſunt octiduo ante Feſtum Tabernaculorum, 1. Octobris, 1. Reg. 8. 2. Chron. 7.

2952. DOMINUS iterum Salomoni apparet, 1. Reg. 9.

2966. Salomon amoribus externarum mulierum occœcatus Deos gentiles adorat, iisqve fana Hieroſolymis extruit, 1. Reg. 11.

Anno Mundi

2969. Mors Salomonis, qvam ſeqvitur Regni dilaceratio in Hieroſolymitanum & Samaritanum, deficientibus à Filio Salomonis decem tribubus, 1. Reg. 11. & 12.

2970. Cultus Idololatrici inſtituuntur in toto Regno Iſraëlitico vel Samaritano, 1. Reg. 12.

Contra qvos vaticinatur Propheta qvidam expreſſe nominans Joſiam, qvi olim everſurus ſit altare Bethelenſe, 375. Annis antè, qvam fieret 1. Reg. 13.

2971. *Semeias* & *Ahias* Prophetæ clarent, 1. Reg. 11. 14. 15. 2. Chron. 11. 12.

2972. Iſraëlitarum apoſtaſia à vero DEO, 1. Reg. 14. 2. Chron. 12.

2973. Prima Templi Salomonis direptio facta à Seſaco Rege Ægypti, 1. Reg. 14.

2788. Circa hæc tempora ADDO Propheta claruit. 2. Chron. 12. 13. item, Azarias & Hanan, 2. Chron. 15. 16.

Anno

Anno Mundi

3002. Ecclesiam in Regno Judaico reformatio sub Asa, 2. Chron. 15.

Circa hoc tempus accidit martyrium Jehu Prophetæ, sub Baesa, 1. Reg. 1.

2025. Prophetæ clarent: Elias, 1. Reg. 17. &c. Jehu, 2. Chron. 19. Jahaziel, 2. Chron. 20. Eliezer, ibid. Anonymus, 1. Reg. 20. Micheas, 1. Reg. 22.

3028. Visitatio Ecclesiarum sub Josaphato, 2. Chron. 17.

3040. *Elias* à morte resuscitat filium viduæ Sareptanæ, 1. Reg. 17.

3041. Elias mactat Sacerdotes Baalis, 1. Reg. 18. sequitur ejusdem exilium & jejunium, 1. Reg. 19.

3045. Elias Propheta turbine rapitur & in cœlum evolat qvadrigis igneis.

Succedit ei in munere Prophetico Elisæus, 2. Reg. 2.

2049. *Elisæus* filium hospitæ suæ ex morte resuscitat. 2. Reg. 4.

3052. Fames horrenda in obsidione Samariæ, 2. Reg. 5.

Anno Mundi

3087. Templi & Religionis instauratio per Joam, Regem Judæ, 2.Reg.21.

3099. *Jojada* Sacerdos, senex grandævus centum & triginta Annorum circa hæc tempora moritur, & sepelitur consensu publico propter merita eximia in sepulchris Regiis, 2.Chron.24.

3100. *Joas* Rex Judæ, post mortem Sacerdotis Jojadæ, degenerat: & Prophetam Zachariam, Filium Jojadæ, occidit, 2. Chron. 24.

3103. *Elisæus* moritur, cum sexaginta & unum Annos docuisset, 2.Reg.13.

3112. Hierosolymæ direptio & expugnatio facta per Joam Regem Israëliticum, 2.Reg. 14.

3127. *Jona* Prophetæ seculum, qvi Jeroboamo II. Regi Israël animum addit contra Syros, & Ninivitis futuram cladem annunciat, 2.Reg.14. Jonæ 1. 2. &c.

3152. *Hoseas* Propheta, qvi tempore Jeroboami II. Regis Israel, & temporibus Uziæ, Jotham, Achas, Ezechiæ, Regum Juda, Annis 70. docuit, incipit, Hos.1. &c.

Joël

Joël *Propheta videtur Prophetam Amos præcessisse ætate. Siccitatem enim* 1. *capite prædicit, quam Amos cap.* 4. *frustra evenisse, nec homines ad pœnitentiam adegisse quæritur.*

Amos *biennio ante terræ motum, sive etiam ante tumultus & motus bellicos, qui Mortem Jeroboami II. secuti sunt, docuit.*

Anno Mundi

3180. PHUL Assyriorum Rex infestat Regnum Israëlis: Menahem, ut pacem redimat, mille argenti talenta hosti offert, eaqve colligit tributo subditis imposito, 2. Reg. 15.

3184. *Uzias* felicitate inflatus templum adit, incensum DEO oblaturus: cui Azarias Sacerdos magni animi & defensor Legis acerrimus resistit, & cum eo octuaginta Sacerdotes alii Rex percutitur leprâ, & tandem post Annos 7. mœrore animi extingvitur, 2. Chron. 26.

3191. ESAIAS Propheta hoc Anno vidit DOMINUM in solio sedentem. Munus igitur

propheticum aliqvanto ante erat exorsus, Esa. 1. 6.

Anno Mundi

3199. MICHA Propheta docuit sub Jotham, Achas, & Ezechia: ejus Auditores adhuc sunt in vivis Anno primo Regis Jojakim, Jer. 26. post annos 140.

Circa hac tempora OBED *Propheta qvoqve aruit, 2. Chron. 28.*

3205. PEKAH Israelis & Rezin Syrorum Rex communia agitant consilia de invadenda Judæa, 2. Reg. 15.

3208. Rex Syrorum Rezin, & Israelitarum Pekah obsidione premunt Hierosolymam: sed frustra:

Interim tamen ferro & igne totam Judæam vastant, trucidant 120000. *militum, abdutunt in tristissimam servitutem* 200000. *hominum, qvos tamen svasu Prophetæ Obed manumittunt, 2. Chron. 28.*

ESAIAS Propheta hoc tempore prædicit virginem parituram,

ram, & ambos hostium Reges, anteqvam biennium elabatur, tollendos, Esa.7.

Anno Mundi

3209. ACHAS jubet altare Hierosolymis extrui ad exemplar altaris Damasceni; qvod studiosè exeqvitur URIAS Sacerdos, qvi Regis idololatriæ natus majoris facit, qvam mandatum DEI, 2.Reg.16.

3218. HABACUC Propheta circa hæc tempora vixit.

3222. ESAIAS Propheta contra Philistæos vaticinatur, Esa. 15.

3223. SALMANASSER Hoseam Israelitarum Regem capit & in vincula conjicit: Samariam vero trienni obsidione fatigat, 2.Reg.17.

3226. SAMARIA statim in initio Anni expugnatur, deletur, & Populus Israeliticus in Medorum colonias, miserabili & perpe-

tua ſervitute, diſpergitur, 2. Reg. 17.

Anno Mundi

3233. SENNAHERIBI exercitus precibus Ezechiæ & Eſaiæ Prophetæ proſternitur, ita ut una nocte 185. millia hoſtium ab uno Angelo cæderentur, Eſa. 37.

Eodem Anno Ezechias lethaliter decumbit, ſed precibus impetrat Annorum 15. acceſſionem, & miraculo cæleſti umbrâ Solis retrogradâ confirmatur, 2. Reg. 20. Eſa. 38.

3237. NAHUM Propheta circa hæc tempora floret: & conſolatur Judæos, ne ſibi iterum metuant ab Aſſyriis, qvos evertendos dicit à Medis, ut Ægyptiorum urbs No, Eſa. 21. Nahum. 3.

3250. MANASSES Prophetarum parricida, &c. tandem, cum multas calamitates expertus eſſet, convertitur. Anno Imperii, ſui 55. circa Annum Mundi 3304.

3319. JEREMIAS Propheta, inde à prima adoleſcentia usqve ad vitæ exitum homo afflictiſſimus, incipit, Jer. 24.

Anno

Anno Mundi

3325. JOSIAS Rex Judæ Templum ab Avo & Parente violatum purgat, reficit, inſtaurat, libros Moſis repertos divulgat, & in publicum refert, &c. 2 Reg. 22. 2. Chron. 34. 35.

Circa hoc tempus ZEPHANIAS *Propheta* σύγχρονος *Jeremiæ floret.* Zeph. 1.

3340. URIAS Propheta captivitatem Babylonicam prædicens à Rege Jojakim qværitur ad necem, & ex fuga in Ægyptum retractus trucidatur. Hieremias eandem prædicens conſenſu ſeniorum liberatur, Jerem. 26.

3342. DANIEL cum ſociis hoc Anno à Nebucadnezare in Chaldæam traducitur, ubi usqve ad obitum CYRI floruit Annis circiter 78.

Anno

Anno Mundi

3343. BARUCH vaticinia Jeremiæ publicè prælegit populo, tempore Jejunii publici. JOJAKIM Rex librum allatum scindit & igni tradit. Mense Decembri, Jer. 36.

3350. CAPTIVITATIS BABYLONICAE INITIUM Jechonias Rex, & Mater vidua, & Regni Optimates, & ex urbibus Artifices, & qvicunqve aliqva re eminebant, Babylonem à Nebucadnezare, transportantur, & inter hos etiam EZECHIEL Propheta, qvi hinc numerat captivitatis Babylonicæ Annos, Ezech. 1. 2. Reg. 24. 2. Chron. 36.

ZEDEKIA *à Nebucadnezare substituitur Rex & imperat Annis* 11. *ibidem.*

3353. ZEDEKIAS Rex Judæ iter suscipit ad Regem Babylonicum, Jerem. 51. hujus comiti Serajæ Jeremias tradit vaticinia sua de excidio Babylonico prælegenda, & in Euphratem abjicienda.

Anno

Anno Mundi

3354. EZECHIEL Propheta Die 5. Menſis 4. (nobis 3. Julii) prophetiam ſuam exorditur, Anno 30. Nabopollaſaris. Eſtqve hic primus Annus Nebucadnezaris in Chaldæa, qvo Parenti Nabopollaſſari in Regno ſucceſſit; hactenus enim potiſſimum præfuerat Regionibus Paleſtinæ in ſubigendis Tyriis, Judæis, Ægyptiis, Moabitis, & vicinis Populis.

3355. EZECHIEL Anno 6. captivitatis Babylonicæ, 20. Auguſti, vaticinatur, qvæ extant, cap. 8. 9. 10. 11. & reliqva usqve ad cap. 20.

Eodem Anno Nebucadnezar, ſecundo ſcilicet, poſtqvam Parenti in Chaldæa ſucceſſerat, ſomniat de qvatuor Monarchiis, in ſtatua qvadam prafiguratis: ſomnium invenit & exponit Daniel, qvi in liberalibus artibus diligentiſſimè cum ſociis inſtitutus fuerat. & eam apud omnes pietatis, innocentiæ, ſapientiæ & induſtriæ opinionem ſibi conciliârat, ut hoc ipſo Anno ab Ezechiele ſanctiſſimis & pientiſſimis Viris Noha & Hiobo aqvipararetur. Ezech. 14. & 18.

3356. EZECHIEL Anno 7. captivitatis Babylonicæ Die 16. Julii, feria ſexta conſolationem proponit captivis futuræ liberationis, præmiſſa tamen acri objurgatione ob delicta, Ezech. 20.

Anno

Anno Mundi

3358. Anno nono Captivitatis Babylonicæ die 10. Menſis 10. (nobis 18. Decembris, feria qvarta) Nebucadnezar obſidione cinxit Hieroſolymam, Ezechiel. 24. Jer. 52.

3359. Anno 10. captivitatis Bab. die 10. Menſis 12. (6. Martii, feria qvinta) Ezechiel vaticinatur contra Pharaonem Ægypti, Ezechiel. 29.

3360. Idem Anno 11. captivitatis die 1. Menſis 1. (17. Martii, feria qvinta) vaticinatur contra Tyrum, Ezech. 26. &c.

Continuatur vaticinium die 7. eſt 2. Aprilis, cap. 30.

Die 1. Menſis 3. eſt 25. Maji, feria prima vaticinatur Ezechiel contra Pharaonem, Ezechiel. 31.

3360. EXCIDIUM HIEROSOLYMORUM. Nebucadnezar repulſo Pharaone revertitur ad obſidionem Hieroſolymæ, eamqve expu-

pugnat die 9. Menſ. 4. (1. Julii, feria tertia) Zedekias Rex ex fuga retractus excœcatur, & in vinculis Babylonem deducitur.

Die 10. *Menſis* 5. (*Auguſti feria ſexta,*) *Templum; Regia, ades omnes igne ſuccenduntur, Turres & Mœnia complanantur, & Regis florentiſſima extremè vaſtatur*

Gedalia, cujus interitum lugent Judæi, 3. *die Menſis* 7. (22. *Septembris, feria ſecunda*) *trucidatur: & paulò pòſt reliquiæ populi Judaici in Ægyptum aufugiunt, aſſumpto ſecum Jeremia, Jer.* 43. 2. *Reg. ult.*

Anno Mundi

3361. EZECHIEL certior fit de excidio Hieroſolymitano, Anno 12. captivitatis Babylonicæ, die 5. Menſis 10. (10. Decembris, feria ſecunda) excidium factum erat ante Menſes ſedecim.

Idem EZECHIEL *vaticinatur contra Regem Ægypti die* 1. *Menſis* 12. *Anno* 12. *captivitatis Bab.* (4. *Februarii, feria quinta*) *continuatur prophetia* 18. *Februarii.*

3365. NEBUSAR ADAN Belli Dux miſſus in Judæam, reliquias

qvias Judæorum, homines 745. traducit in Babyloniam, Jer. 52.

Anno Mundi

3371. JEREMIAS Propheta ab Haphra, qvi & Apryes dicitur, Rege Ægypti, cui interitum prædixerat, ad Taphnas lapidibus obruitur.

Circa hac tempora OBADIAS *Propheta de liberatione populi Judaici glorioſa vatitinatur, Obad. 1.*

3374. EZECHIELI monſtratur futura templi & civitatis reparatio. Anno 25. captivitatis Babylonicæ An. 14. poſt crematum templum, die 10. Menſis 1. (30. Martii, feria qvinta) Ezech. 40. Ubi tamen magis de ſpirituali Hieroſolyma vaticinari videtur.

387. JECHONIAS qvondam Rex Judæ, poſt 37. Annum captivitatis, honorifice ex carcere liberatus, inter familiares & Amicos Reges Evilmerodachi numeratur, 2. Reg. 25. Jer. 52.

Sub

Sub hac tertia Pop. Hebr. Dynastia floruerunt apud Ethnicos Viri clari:

Lycurgus, *Anno Mundi* 3066. *qui Lacedemoniis magna curâ leges præscripsit.*

Homerus, *Anno Mundi* 3074. *Poeta Græcus excellentissimus, qui historiam belli Trojani & Principum Græciæ descripsit, libris* 48. *quorum priores viginti quatuor Iliada appellavit, posteriores Odysseam; & in illis quidem militia belliq; in his togæ & pacis artes expressit. Natus est Smyrnæ, in oppido minoris Asiæ. Coætaneus fuit Prophetæ Eliæ. Cæcus fuit & pauper: urbes passim victus quærendi causâ obivit.*

Hesiodus *Anno Mundi* 3170. *qui Musarum Sacerdos fuit in Ascra Pago in Bœotia ad radices montis Heliconis sito. Poëma ejus partim Ethicum est, quia doctrinam de virtute, justitia, veritate, pietate, & Religione colendâ tradit: partim Astronomicum, quia Calendarium continet perpetuum ad Solis motum, Stellarumq; insignium ortus & occasus directum. Addit Deorum Genealogiam, quâ idolomania Ethnica monstra complectitur. Senex tandem miserè interfectus est ab hospitibus.*

Thales Milesius, *Anno mundi* 3312. *ex Mileto, civitate minoris Asiæ oriundus, unus de septem sapientibus, qui primus sapientiæ cognomen tulit, Physiologia & Mathematica fundamenta jecit in Græcia: primus statuit, animam esse immortalem, & æquinoctia atque*

Ecly-

Eclypſis numeris præſcripſit. Senex in ſpectaculo Gymnici certaminis à turba & æſtu extinctus eſt.

Pittacus *Philoſophus Mitilenæus Anno Mundi* 3338. *unus ex ſeptem ſapientibus*

Pherecydes Babyus *Syrus, Præceptor Pythagoræ, Anno Mundi* 3350.

Solon, *Philoſophus & Princeps populi Athenienſium, Anno Mundi* 3356. *Athenis multas præclaras leges tulit: unus ex ſeptem ſapientibus. Numerantur enim imprimis ſeptem Græciæ ſapientes:* Thales, Solon, Periander, Pittacus, Chilon, Bias, Cleobulus.

Pythagoras *Samius, Anno Mundi* 3370. *qui inter alios Præceptores etiam Zaretem Magum, & Ægyptios Chaldæosque audivit, à quibus Magicos Numeros, quibus ſcripta ejus referta & involuta ſunt, didicit. In Italia Scholam aperuit, & diſcipulos habuit amplius quingentos. Primus fuit, qui non* σοφὸς, *ſed* φιλόσοφος *nominari voluit. Inter cætera ejus ſcripta extant & celebrantur ejusdem aurea Carmina. Periit incendio adium, in quibus cum familiaribus ſuis aſſidebat.*

Æſopus, *Anno Mundi* 3384. *fabulator clariſſimus: miſer vita, miſer morte, miſer forma. Ex Phrygia oriundus fuit: conditione ſervus: deformiſſimus omnium ætatis ſuæ hominum, acuto capite, preſſis naribus, depreſſo collo, prominentibus labris, niger, &c. Fabulæ*

ejus

ejus commendat D. Lutherus Tom. Jenenſ. 5. pag. 268.

Crœſus *Lydorum Rex, Anno Mundi 3309, qvi opibus & potentia ſua nimium confidens bellum Cyro intulit, ab eoqve captus & compedibus vinctus in ſtruem ingentem lignorum impoſitus eſt, ut combureretur, ubi cum miſerabiliter clamaret, ô Solon, Solon, & interrogatus, qvidnam ſibi vellet, reſponderet, ſe jam recordari ſapientiſſima admonitionis Solonis, ne qvis ſe beatum putaret, ante finem vitæ, juſſu Cyri ex incendio mox iterum ereptus, & ſervatus eſt.*

Steſichorum *Poeta, Anno Mundi 3395. excellentiſſimus lyricus, ex Sicilia oriundus. Cum adhuc infans eſſet, dicitur Luſcinia aliqvando in ore ejus cecinisſe, mirabili auſpicio, ſummum eum Poetam futurum.*

Simonides, *Vir divinus & ſapiens, Anno Mundi 3394. naſcitur.*

Theognis, *Poeta Græcus. Anno Mundi 3404. naſcitur, &c.*

Initium etiam habuerunt ſub hac Dynaſtia Olympiades *Græcorum, Anno Mundi 3174. die 23. Julii, Feria tertia, qva celebrantur qvinto qvoqve Anno ineunte, in ſolſtitio æſtivo, qvo certamina inſtituebantur, in qvibus Græci ſuas vires, ingenium, virtutes, & induſtriam exercebant & oſtentabant. Fuerunt hi conventus in Græcia ſimiles Comitiis Imperialibus.*

Inſti-

Instituerat sane ante quadringentos Annos Hercules primum agonem Olympium, circa Annum Mundi 2738. sed postea iterum intermissa ejusmodi certamina fuerunt, donec ab Iphito instaurarentur, Anno Mundi superius dicto, 3174. Numerarunt etiam Graci per Olympiades, quemadmodum nos per Annos CHRISTI. Et durarunt usque ad Synodum Nicanam, sub Constantino Magno, qui pro iis indictiones instituit.

Cepit itidem sub hac Dynastia Regnum Romanum, *Anno Mundi* 3197. *quo Roma Urbs condita fuit à duobus Fratribus Romulo & Remo: cum antea in Italia Aboriginum Regnum extitisset, cui prafuerant* Saturnus, Picus, Faunus, &c. *ab Anno Mundi* 2321. *per Annos* 378. *usque ad decennium Aboriginum Regem, nomine* Latinum *à quo posteri* Latini *appellati sunt. & Regnum ipsum* Latinum *appellati sunt, & Regnum ipsum* Latinum *nuncupatum est usque ad* Romulum & Remum *urbis Roma conditores. Facta sunt autem fundamenta urbis Roma die 21. Aprilis, feria secunda, & habuit Regnum Romanum Reges septem, per Annos* 244. Romulum, Numam, Tullum Hostilium Ancum Martium, Tarquinium Priscum, Servium Tullum, Lucium, Tarquinium *cognomenta* Superbum, *cujus Filius* Sextus Tarquinius Superbus *Lucretia stuprum intulit, idq; propter cum tota familia sua ex urbe expulsus est; & sic Regnum Romanum finitum: successitq; Consulatus, A M.* 3448.

Anno

Anno Mundi

3391. ASTYAGES ultimus Medorum Rex à Cyro ex Filia nepote, Patre Persa, progenito, bello captus est & regno exutus; juvante Harpago Consiliario, cui Astyages suum filium devorandum apposuerat in cibum.

3393. BELSAZER Babyloniorum Rex noctu convivia cum suis Optimatibus agitans & DEUM Israëlis blasphemans interficitur: Daniel. 5. & Regnum Dario Medo traditur, Dan. 6.

3409. CYRUS Darium Medum bello vincit, & Babylonem occupat, juxta vaticinia Esa. 45. 46. & Jerem. 51. Seqventibus annis reliqva qvoqve Mundi Regna sibi subjicit, sicqve Monarchiam secundam constituit.

NOTA.

Ad primam qvoqve Monarchiam pertinet Diluvium Deucalionis *in Thessalia, qvod Ovidius Metamorphosis 1. confundit cum diluvio Noha, circa Annum Mundi* 2439.

Item, Incendium Phaëtontis, *Astronomi in Æthiopia & Italia qvæ tribus in locis in gente ex æstu atqve ardore, qvem prædixerat, arserunt, circa Annum Mundi* 2440.

Sic Promethei & Epimethei *seculum in Theſſalia, necnon* Minois & Rhadamanti *Regem Cretenſium, Anno Mundi 2638.*

Theſei *qvoqve victoria de* Minotauro, *Anno Mundi 2715.*

Et Caci *monomachia cum* Hercule, *Herculiúſq; victoria, Anno Mundi 2717. &c.*

III. TERMINUS CHRONOLOGIAE.

MONARCHIA SECUNDA PERSICA.

Anno Mundi

3419. Initium Monarchiæ ſecundæ, qvæ Perſica eſt: primus in ea fuit Imperator Cyrus, qvi & Cores dicitur, poſteaqvam Mediorum Regnum jam antea tenuiſſet per Annos 28. & Babylonicum qvoqve occupaſſet Annis ab hinc decem Monarcha Mundi factus eſt.

Ha-

Habuit hæc Monarchia Imperatores decem:

1. CYRUM, per Annos duos cæditur cum universo exercito 200000. virorum à Massagetis in bello, ad angustias Montium perductus. Caput Cyri amputatum Tomyris Regina Massagetarum in utrem humano sangvine repletum conjecit, cum hac insultatione & crudelitatis exprobratione: satia te nunc sangvine, qvam insatiabili cupiditate sitiisti.

2. CAMBYSEN, Cyri Filius, per Annos octo fuit Tyrannus. Fratrem Smerden, nec non Sororem suam occidit. Prexaspis Consiliarii sui fidelissimi filium interemit cor ejus sagitta percutiens. Sisamui Præfecto Ægypti ob iniqvè latam sententiam cutem detraxit. In itinere gladio vagina excidente vulneratur & interit.

3. DARIUM HYSTASPIS Filius per Annos 36 Babylonem, qvæ defecerat, astutia & industria Zopyri recuperavit. Legati ejus in Macedoniam missi, ob libidinem in convivio omnes trucidati sunt jussu Alexandri ab adolescentibus muliebri vestitu indutis. Exercitum 600000. militum in Atticam misit, qvi ab exiguis Athenienſium copiis cæsus & fugatus est.

4. XERXEM, Darii Filius, per Annos 20. Est AHASVERUS ille, cujus mentio fit in S. Bibliis, qvi convivium illud longè celeberrimum agitavit, Esth. 1. Anno Mundi 3467. & exercitum, contra Græcos eduxit in prælium, 2317000. peditum,

ditum, eqvitum verò 80000. qvi ſemel atqve iterum à Græcis victus ac cæſus eſt anno Mundi 3470. Tandem Eſtheram in uxorem duxit, Eſth. 2. Anno Mundi 3471. Poſt Annos 14. ab Artabano in cubili ſuo occiſus eſt, A. M. 3485.

5. ARTAXERXEM LONGIMANUM, Xerxis Filius, per Annos 40. Huic altera manus longior fuit, vel ut Strabo refert, brachia ejus ad genua usqve protenſa fuerunt, Bella geſsit contra Ægyptios rebelles, item contra Athenienſes, ſed infeliciter.

6. DARIUM NOTHUM, per Annos 19.

7. ARTAXERXEM MNEMONEM, Darii Filium, per Annos 40.

8. ARTAXERXEM OCHUM, per Annos 23. fuit Tyrannus. Proditione cepit Sidonem, cujus incolæ domibus ſuis incluſi, iisdem incenſis maluerunt ſeipſos cremare, qvàm Perſis ſeſe dedere: & ſic perierunt in illa urbis conflagratione 40000. hominum, Ezech. 28. prædicta fuit hæc clades. Tandem hic Ochus ob tyrannidem à cubiculario ſuo Bagoa propinato veneno in qvodam pharmaco necatus.

9. ARSEN vel ARSAMEN, Filium Ochi, per Annos 4.

DARIUM CODOMANNUM, per Annos 6. Hic ultimus fuit Monarchiæ Perſicæ Imperator, qvem vicit Alexander Magnus, captaqve Babylone, Suſis & Perſepoli ſummum imperium ad Græcos tranſtulit.

Dyna-

Dynastia IV. Pop. Hebr.

ἡγεμονικὴ.

Post captivitatem Babylonicam summa rerum in Populo Hebraeo fuit penes Duces & Pontifices. Duces ac Principes ex Davidis posteris numerantur qvindecim, inter qvos primus & praecipuus est Zorobabel, per Annos 58, secundus Mosolla *sive* Resa, *Annis 66. tertius* Johanna ben Resa, *Annis 55. qvartus* Judas Hyrcanus, *Annis 31. qvintus* Josephus, *Annis 7. sextus* Abner Semeis, *Annis 11, septimus* Mathatias *1. cognomine* Eli, *Annis 12. octavus* Maathus *sive* Asarmadus, *Annis 9. nonus* Nanges, *aliter* Artaxadus, *aliter* Arsaxad Nagio *Annis 10. decimus* Ealius *sive* Hagai Eli, *Annis 8. undecimus* Nahumus, *aliter* Maslodus *vel* Masleth Nahem, *Annis 7. duodecimus* Amos Syrach, *Annis 14. decimus tertius* Mathatia II. *cognomine* Siloah, *Annis 10. decimus qvartus* Josephus *junior*, Arses, *Annis 60. cujus Frater fuit* Josua Syracides, *qui in Ægypto* σοφίαν παναρέτον *ab Avo sub scriptam auxit, & in Graecum sermonem transtulit, circa Annum Mundi* 3711. *decimus qvintus* Joanna Hyrcanus, *per Annos* 16. Hic fuit Tritavus CHRISTI (*Luc. 3. vocatur Janna*) & *postremus Judaeorum Dux ex posteris Davidis, usqve ad Annum Mundi 3781. De hinc ad Tribum sacerdotalem principatus translatus est*

in Mathathia Maccabæo *Sacerdote, usque ad* Herodem.

Pontifices verò, vel ſummi Sacerdotes, qui Ducum ac Principum Judaicorum poſt captivitatem Babylònicam quodammodò ſocii in gubernatione fuerunt, memorantur in lib. Nehemiæ, & Maccabæorum uti & apud Joſephum tredecim: Joſua *vel Jeſus:* Joachimus *Filius*, Eliaſibus *Filius*, Jojada *Filius*, Joannes *vel* Jonathan *Filius*, Jaddus *Filius*, Onias Priſcus *Filius*, Simon Juſtus *Filius, qui & priſcus dicitur:* Eleazarus, *Frater Simonis & Eleazari:* Onias II. *Filius Simonis Juſti:* Simon Juſtus II. *Filius* Onias III. *Filius, cognomento* Pius. *Habuit* Simon *ille* Juſtus II. *quatuor Filios, qui diſceptando de Pontificatu miras turbas dederunt, &* Antiochum Epiphanem *in perniciem Judææ attraxerunt:* 1. *fuit* Onias III. Pius *dictus:* 2. Jaſan: 3. Onias *ſeu* Menelaus: 4. Lyſimachus. *Hi quatuor Fratres ſemetipſos, alter alteri pontificatum ſubdolè eripiendo, perdiderunt; atque ita ſummum Sacerdotium ad Maccabæos, Judæorum Duces ac Principes translatum eſt.*

Anno Mundi

3419. REDITUS JUDÆORUM EX CAPTIVITATE BABYLONICA.

NICA. Cyrus enim concedit Judæis potestatem in Judæam redeundi, templumqve reparandi, redditis vasis sacris, promissisqve sumtibus ad ædificationem necessariis, 2. Chron. 36. Esr. 1.

Et reversi sunt lætis animis in patriam homines 42360. exceptis servis. Die 1. Mensis 7. juge sacrificium instauratum est, (28. Septembris, Feria quinta) Esra 3.

Anno Mundi

3420. Fundamenta Templi secundi jacta sunt, Mense 2. Anno 2. reditus ex captivitate Babylonica, (25. Aprilis, feria 2.) Esr. 3.

Sed adhuc vivente Cyro inhibita fuit ædificatio, Esr. 4.

3421. DANIEL vidit visionem illam celebrem de Regibus Persicis, Alexandro Magno, successoribus ejus, & de Antichristo, Dan. 10. die 24. Mens. 1. (5. Apr. feria 7.)

Anno Mundi

3465. XERXES, aliter Ahasverus dictus, qvartus Persarum Monarcha, cum expeditionem moliretur adversus Ægyptios, prohibet instaurationem Politiæ Judaicæ, ut vicinæ & suspectæ, Esr. 4.

3476. HAMAN Anno 12. Xerxis vel Ahasveri extirpandis Judæis diem determinat, videlicet 13. Mensis duodecimi Adar: (5. Martii, feria tertia) edictum proponitur die 13. primi Mensis; (15. Aprilis, feria 1.) sed die 23. Mensis 3. (23. Junii, feria septima) Haman suspenditur, & edicta promulgata pro irritis haberi jubentur:

Judæi

Judæi autem die illo 5. Martii vindictam de hostibus suis sumpserunt.

Anno Mundi

2488. ARTAXERXES Longimanus, V. Persarum Monarcha, iterum prohibet instaurationem Templi Hierosolymitani, Esr. 4.

3517. Anno secundo Darii Nothi, VI. Persarum Monarchæ, Haggæus Propheta jubet instaurari templum, die 1. Mensis 6. (4. Augusti, feria prima) Hag. 1. Esr. 3. Die 21. Mensis 7. (23. Septembris, feria secunda) ulterius hortatur idem propheta Judæos, ut in ædificando templo strenuè pergant, & vaticinatur de gloria templi secundi. Repetitur hîc promissio de Messia, Hag. 2.

Die 24. Mensis (26. Octobris, feria 7.) demùm instat hortando, promittens agrorum fertilitatem, Hag. 2.

Zacharias etiam hoc Anno incipit suam prophetiam, Zach. 1.

Hoc Anno incipiunt 70. hebdomades Danielis, qvæ effi-

ciunt 490. Annos, usqve ad ultimam Hierosolymorum vastationem, Dan. 9.

Anno Mundi

3528. ZACHARIAS Propheta vaticinatur die 24. Mensis 11. (22. Januarii, feria qvarta,) Zach. 1.

3529. ZACHARIAS vaticinatur de jejunio die 4. Mensis 9. (12. Novembris, feria 6.)

3532. Templum absolutum à Zorobabele, Anno sexto Darii finiente, die 3. Mensis Adar: (16. Februarii, feria sexta, Pascha seqvens celebratum 29. Martii, fer. 5. Esræ 6.

3551. Anno 7. Artaxerxis Mnemonis, septimi Persarum Monarchæ, Esra Sacerdos cum reliqvis populi 1496. virúm, ex Babylone in Judæam & Hierosolymam redit, præclaro Regis mandato instructus de instauratione Politiæ Judaicæ & cultuum sacrorum omnibus modis juvanda ac promovenda, Esr 7. Ingreditur iter die 26. Martii, feria qvinta, & pervenit Hierosolymam die 1. Mensis 5. (10. Julii, feria 7. ineunte.)

3564. NEHEMIAS ab Attaxerxe Mnemone, VII. Persarum Monarcha, Hierosolymam missus urbi condendæ incumbit, muros

muros & vicos civitatis intra Annos 13. perficit etiamsi à vicinis arma minitantibus, multipliciter impediretur. Nehem. 1. 2. 3. 4. &c.

Anno Mundi

3591. OCHUS Persarum Monarcha IIX. multa millia Judæorum capta in Hircaniam transfert, & ad mare Caspium locat. Euseb.

3618. ALEXANDER MAGNUS, Rex Macedonum, natus Anno Mundi 3594. postqvam Patri Philippum Anno M. 3614. à Pausanis Macedone nobili trucidato, in Regno succesisset, & Tyrum expugnasset, infesto exercitu Hierosolymam pergit; cui cum summus Sacerdos Jaddua in habitu pontificali comitatus reliqvis Sacerdotibus obviam iret extra urbem, viso eo totus immutatus est Alexander, adeo ut non tantum Judæis pœnam remitteret, sed etiam ἀυξησιαν & tributorum immunitatem Anno sabbathario concederet, paulo ante initium tertiæ Monarchiæ.

Item, Hoc Anno Manasses Sacerdos Frater Jadduæ summi Pontificis Templum in monte Garizim, prope Samariam, extruxit & novum cultum ibi instituit. Nehemias eum, ob alienigenam uxorem (duxerat enim in uxorem Filiam Sanaballati) à synagoga & patria exterminaverat, Nehem. 13.

Sub hac quarta populi Hebraï Dynastia, quæ in secundam Monarchiam, Persicam videlicet, incidit, floruerunt:

Pindarus *Poeta, qui natus Anno M. 3430.*

Sophocles, *Poeta Tragicus, qui natus Anno Mundi 3462. uterque sub Imperio Darii Hystaspis.*

Herodotus, *qui Olympiade 84. circa Annum Mundi 3506. historiam suam scriptam publicè prælectam publicavit.*

Epicharmus, *fabularum scriptor Anno Mundi 3507.*

Isocrates, *Rhetor, qui nascitur Anno Mundi 3514. circa Annum Mundi 3549. incipit inclarescere: & Anno Mundi 3612. quatriduo post prælium ad Cheroneam commissum, quo Philippus Rex Macedonum Athenienses vicerat, inediâ moritur, nolens quartum videre Athenas capi.*

Thucydides, *Historicus floret, circa Annum Mundi 3514.*

Plato, *Philosophorum DEUS, nascitur Anno Mundi 3525. & Anno Mundi 3602. moritur: cui in Lyceo succedit Speusippus Anno M. 3605. verò Xenocrates Anno M. 3612.*

Euripides, *in juventute pictor, postea Rhetor, post Philosophus, tandem Poeta, moritur Anno Mundi 3744. vixit Annis 75.*

Socrates, *hausto poculo cicutæ sublatus est, Anno Mundi 3550.*

Deme-

Demosthenas, *Athenienſium Orator, naſcitur Anno Mundi 3565. Tutores ſuos male adminiſtrata tutela accuſat, & oratoria facultatis documentum prabet, Anno Mundi 3586. Orationem de Pace habuit tuenda cum Perſis contra Philippum, Anno Mundi 3596. Athenienſes ad Bellum contra Philippum incitavit, cum ie Olynthum, validam urbem, expugnaſſet, & ejus incolas ſub haſta vendidiſſet, plurimamqve pecuniam inde corraſiſſet, Annos Mundi 3602. accuſat Æſchinum de falſa legatione, Anno Mundi 3607. Orationem habuit de Cherſoneſo, & Philippicam tertiam, Anno Mundi 3608. in Philippica qvarta ſvadet, ut Byzantinis ſubſidium mittatur contra Philippum. Anno Mundi 3609. in exilium ejicitur, qvòd de rapinis è theſauris Regiis in Perſia per Harpulum furtim ablatis aliqvid accepiſſet, nempe poculum & viginti talenta (18000. flor. ferè) Anno Mundi 3624. Poſt mortem Alexandri Magni à populo ab exilio revocatur cum gloria, qvod cauſam Athenienſium ageret contra Antipatrum Macedonem, Anno mundi 3627. Tandem antipatro pacem cum Athenienſibus faciente, Demoſthenes ſibi metuens fugit, & in fuga inſidias perſentiſcens venenum ex calamo ſcriptorio hauſit, & involuto capite expiravit, Anno Mundi 3628 ætatis ſua 63.*

Ariſtoteles *natus Anno Mundi 3566. Stagyra, qvi vicus eſt agri Olynthiaci: in diſcipli-*

nam se tradit Platoni, Anno Mundi 3583. ad Philippum Macedonum Regem se confert eruditurus Alexandrum Filium in bonis artibus, moribus & virtute, Anno Mundi 3607. Deinde Athenis in Lycao docuit Annis ferè 12. Anno Mundi 3615. post mortem Philippi: tandem in Chalcide obiit, Anno Mundi 3628. &c.

Cæperunt etiam sub Monarchia II. Consules Romani, *Anno Mundi 3441, inter quos primus fuit* Publicus Valerius Publicola. *Respublica enim Romana primum gubernata est à* Regibus: *secundò à* Consulibus: *tertiò à* Decemviris: *quartò à* Dictatoribus: *quintò à* Triumviris: *sexto à* Cæsaribus Monarchis. *Caterum multos praclaros Heroas habuit Roma, tempore Persica Monarchia, ut* Horatium Coclem Cajum Mutium Scævolam, Camillum, Marcum Curtium, Titum Manlium, Cornelium, Scipionem.

Floruit quoque Respublica Athenienſis, *& in ea eminuerunt Duces ac Principes,* Ariſtides, Themiſtocles, Pericles, Cimon, Alcibiades, &c. *Sic apud* Spartanos Pauſanias, Ageſilaus, Cleombrotus, &c.

IV. TER-

IV. TERMINUS. MONARCHIA TERTIA GRÆCORUM.

Anno Mundi

3620. Initium Monarchiæ tertiæ, qvæ est Græcorum. Primus in ea fuit Monarcha Alexander Magnus, Annis sex.

Post *mortem Alexandri Magni Monarchia hæc divisa est in 4. Regna*: Syriacum, Ægyptiacum, Macedonicum, & Asiaticum. *Singula à singulis Ducibus Alexandri occupata, & ad posteros suos propagata sunt, usqve dum Romanis subjicerentur, indeqve qvarta & ultima Monarchia Romanorum exurgeret.*

Regnum Syriæ *habuit* 20. *Reges : primus fuit* Seleucus Nconor, *Dux Alexandri, à qvo posteri nomen* Seleucidarum *obtinuerunt.* 2. Antiochus Soter: 3. Antiochus Theos : 4. Seleucus Callinicus : 5. Seleucus Ceraunus : 6. ANTIOCHUS MAGNUS, *qvi affectavit Regnum Ægypti, tam vi, qvàm dolo:* 7. Seleucus Philopator: 8. ANTIOCHUS EPIPHANES, *Tyrannus ille in Sacris celebratissimus:* 9. Antiochus Eupator : 10. Demetrius Soter : 11. Alexander Bala :

Bala : 12 Demetrius Nicanor : 13. Antiochus Entheus : 14. Tryphon : 15. Antiochus Sidetes: 16: Demetrius Nicanor : 17. Alexander Zebena : 18. Antiochus Grypus : 19. Cyzicenus : 20. Tigranes, *ultimus Syriæ Rex, qvi tandem à Romanis Regno exuitur, & Syria in provinciam redigitur Anno Mundi* 3881.

Regnum Ægypti 13. *Reges habuit : Primus fuit* Ptolomæus Lagi *Filius, Dux Alexandri, unde successorum nomen* Lagidarum. 2. Ptolomæus Philadelphus, *qvi extruxit Bibliothecam Alexandrinam, & S. Biblia in Græcum sermonem converti curavit.* 3. Ptolomæus Evergetes. 4. Ptolomæus Philopator. 5. Ptolomæus Epiphanes. 6. Ptolomæus Philometor, 7. Ptolomæus Physcon. 8. Ptolomæus Lathurus. 9. Ptolomæus Alexander. 10. Ptolomæus Lathurus *redux iterum.* 11. Ptolomæus Auletes. 12. Ptolomæus Dionysius *junior, cum Cleopatra sorore.* 13. Cleopatra *filia Ptolomæi Auletæ sola. Tandem victo Antonio amasio ab Augusto, sibi mortem per aspides adscivit : atqve sic defecit stirps Lagidarum, & Regnum Ægypti à Romanis in provinciam redactum Anno Mundi* 3921.

Regnum Macedoniæ, *Reges habuit 15. primus fuit* Aridæus, *Frater Alexandri Magni : Administratorem Regni habuit* Perdiccam, *eoqve occiso* Antipatrum. 2. Cassander *Antipatri Filius.* 3. Antipater *Filius Cassandri, cum fra-*

Fratre Alexandro. 4. Demetrius Poliarcetes *Rex Asia.* 5. Pyrrhus, *Rex Epiri,* 6. Lysimachus. 7. Ptolomæus Caraunus. 8. Meleager. 9. Antipater. 10. Sosthenes. 11. Antigonus Gonates. 12. Demetrius. II. *Filius Antiochi.* 13. Antigonus III. *cognomento Doson,* 14. Philippus Demetrii II. *Filius.* 15. Perseus, *ultimus Rex Macedoniæ, à Romanis vincitur, & perpetuo carceri mancipatur. Ita Romanani potiti sunt Macedoniæ, Anno Mundi 3782.*

Regnum Asiæ (*minoris*) *duos saltem Alexandri Magni successores habuit: primus fuit* Antigonus, *Dux Alexandri Magni: secundus* Demetrius, *Antigoni Filius, socer Seleuci Nicanoris Syriæ Regis, à quo postea bello captus usque ad mortem in custodia detinetur. Eo victo Regnum Asia ad* Seleucidas *pervenit, & cum Syria conjunctum fuit; Anno Mundi 3662.*

Dynastia IV. Pop. Hebr.

ἀρχιερατική.

IN *Monarchiam Græcorum incidit Dynastia quinta Populi Hebraï, quæ est* Maccabæorum, *seu* Hasmonæorum, *usque ad Regnum Herodis. Dicuntur autem Hasmonæi seu Maccabæi* posteri Saccerdotis Matthathiæ, *qui tempora persecutionis crudelissima* Antiochi Epiphanis *libertatem armis recuperarunt, & templo repurgato principatum una cum sacerdotio obtinue-*

tinuerunt usqve ad Herodem, qvi illis principatum seu Cidarim Regalem penitus eripuit, vix relicta Judaæ Cidari sacerdotali. Vide libros Maccabaorum.

Primus igitur ex Hasmonaïs Dux fuit Mattathias, *per Annum: secundus* Judas Maccabæus *Fil. per An. 6. tertius Dux Frater ejus* Jonathas, *Annis 18. qvartus Dux ac Sacerdos summus* Simon, *alter Judæ Maccabæi Frater, Annis 8. qvintus summus Sacerdos ac Princeps Judæorum* Johannes Hyrcanus, *Sim. Filius, Annis 31. sextus* Aristobulus, *Filius, qvi primus resumpsit titulum Regis, per Annum: septimus,* Alexander Jannæus *Hyrcani Filius Rex & summus Pontifex, Annis 27. octavo loco regnavit* Alexandra Salome *vidua Alexandri Jannæi per Annos 9. nonus Rex ac Pontifex* Aristobulus II. *Filius Jannæi, Annis 3. pulso Fratre suo natu majore Hyrcano, qvem mater Regni hæredem constituerat: decimus Pontifex* Hyrcanus *ille à Pompejo in sacerdotium restitutus absqve Regno, per Annos 23. undecimus & ultimus Rex ac Pontifex* Antigonus *Aristobuli II. Filius, per Annos 4. Hunc expugnata Hierosolymâ* Herodes *interficit, & ipse Regnum Judæorum, ex Romanorum concessione, arripit. Ita defecit stirps Maccabæorum, sub initium Monarchiæ qvartæ & ultimæ, qva est Romanorum.*

Anno

Anno Mundi

3629. PTOLOMÆUS LAGI, ÆgyptiRex, in reditu ex Syria, ſacrificii prætextu Hieroſolymam ingreſſus, multa Judæorum millia, (juxta Danielis vaticinium c.11.) ſecum in Ægyptum abducit.

3638. Hîc incipiunt libri Maccabæorum, qvorum primus inchoat Annos ab æqvinoctio verno poſt finitam hyemem; poſterior, qvi extra Judæam ſcriptus eſt, ab æqvinoctio autumnali. Diſtant initia ſemeſtri ſpacio, qvo Anni, qvi in primo libro annotati ſunt, anticipant. Ut hiſtoriam de Antiocho Eupatore Hieroſolymam obſidente primus liber refert ad Annum Græcorum 150. ſecundus verò ad Annum 149. &c.

3663. ELEAZARUS, Pontifex Judæorum 120000. qvos Ptolomæus Lagi abduxerat, ſingulos λύτρῳ 120. drachmarum, ſuis impenſis redemit.

3681. S. Biblia vertuntur in lingvam Græcam curâ & ſumptibus Ptolomæi Philadelphi Regis Ægyptiorum.

Anno

Anno Mundi

3731. HELIODORUS à Seleuco Syriæ Rege Hierosolymam ablegatur, & in Templi, cujus thesauros in Regium fiscum transferre conabatur, adytis examinatur, 2. Macc. 3.

3736. Antiochus Magnus, Syriæ Rex Cælesyriam Ptolomæo eripere conatur. Sed Ptolomæus eum bello superat, & cum Regno pellere non posset, pacem cum eo firmat, Dan. 11.

3774. Pontificatus fit venalis. Jason enim Onia Fratre abdicato, Pontificatum ab Antiocho Epiphane emit 500. talentis, h. e. tribus tonnis auri: & Lege DEI abrogata, Græcos ritus primus instituit, 2. Maccab. 4.

Et

Et hoc Anno Antiochus Epiphanes, imago Antichristi, Dan. 11. 12. regnare incipit, 1. Maccab. 1. &c.

Anno Mundi

3780. ANTIOCHUS EPIPHANES vastat Judæam, Hierosolymam occupat, templum spoliat, & 80000. hominum occidit, totidem vendit, & 40000. abducit, 1. Maccab. 1. &c. 2. Maccab. 5.

3782. ANTIOCHUS EPIPHANES Hierosolimam venit, templum prophanat (die 18. Novembris, feria 6.) Religionem Judaicam prohibet, Circumcisionem tollit, & per totam gentem innumerabilibus sup-

ſuppliciis graſſatur. I. Maccab. I. &c.

Anno Mundi

3785. JUDAS MACCABAEUS colligit exercitum, eumqve ordinat contra Duces Antiochi in Judæam miſſos, cum ipſe Antiochus proficiſceretur trans Euphratem in Perſidem, vincitqve Ptolomæum, Nicanorem, & Gorgiam, uno eodemqve die: poſtea etiam Lyſiam. Victis hoſtibus proficiſcitur Hieroſolymam, purgat templum, ædificat altare novum, ſeligit Sacerdotes, qvi ſe puros â contaminatione gentilium ſervaverant, & Encænia inſtituit die 25. Menſis noni, qvi

no

nobis est dies 24. Novembris, feria secunda, 1. Maccab. 3. 4. &c. Joh. 10.

Anno Mundi

3786. JOSEPH & AZARIA vincuntur à Gorgia amissis duobus millibus Judæorum.

Eodem Anno Antiochus Epiphanes in Persida fœdissima morte obit, paulò post Pascha, 1. Maccab. 5. &c.

3787. Antiochus Eupator obsidet Hierosolymam: & tandem cum Juda Maccabæo pacem facit, 1. Maccab. 6.

3788. DEMETRIUS, Regem Eupatora cum Lysia occidit, Bachidemqve & Nicanora cum exercitu contra Judam Maccabæum mittit, & 1. Maccac 7. Judas interim fœdus facit cum Romanis.

3789. JUDAS MACCABÆUS vincit & occidit Nicanorem: Mox cum Bachide & Alcimo prælio congressus vincitur & occiditur, 1. Maccab. 9. cui succedit Frater Jonathas.

Anno Mundi

Anno Mundi

3790. ALCIMUS munitiones templi demoliturus apoplexiá moritur 1. Maccab. 9. qvo defuncto Bachides biennii pacem Judæis concedit.

3797. JONATHAS urbem Hierosolymam unà cum politia Judæorum aliqvo modo iterum instaurat, 1. Maccab. 10.

4806. JONATHAS, Duces Demetrii aliqvoties vincit, oppida qvædam capit, urbes in Judæa munit, & fœdus cum Romanis & Spartanis Renovat. A Tryphone verò per insidias capitur, & seqventi hyeme cum filiis occiditur. Succedit ei Simon. 1. Maccab. 12. 13.

3807. DEMETRIUS Judæis concedit libertatem & immunitatem ab omnibus operibus, 1. Maccab. 13.

3808. SIMON arcem Sionis fame expugnatam deditione capit die 23. Mensis 2. (16. Maji,

(16. Maji, feria ſexta, Hac victoria depulſum fuit jugum ſervitutis Syriacæ, & æra hinc deducta eſt Hasmonæorum, ſive Simonis Hyrcani, 1. Maccab. 13.

Anno Mundi

3809. Simoni à Populo Judaico confirmatur Principatus, die 18. Menſis Elul. (25. Auguſti, feria qvarta.)

3810. ANTIOCHUS Sedetes Judæis immunitates, qvas habebant, auget, & jus ſignandi monetam concedit, 1. Maccab. 15. Anno ſeqventi impudenter hæc omnia revocat.

3815. SIMON dolo generi ſui, cum Filiis duobus, Judâ & Mathathia, occiditur, 1. Maccab. 16. ſuccedit ei Filius Johannes Hyrcanus.

3828. JOHANNES HYRCANUS fœdus cum Romanis renovat.

3838. Johannes Hyrcanus templum in monte Garizim deſtruit, & Idomæos ad Circumciſionis ritum accipiendum cogit, Regnumqve multis occupatis urbibus amplificat,

Anno Mundi

845. HYRCANUS moritur: cui ſuccedit Filius primogenitus Ariſtobulus. Hic mutato Principatu in Regnum, ſibi diadema impoſuit, & matrem ſuam, uti & poſtea Fratrem Antigonum inſontes interfecit.

3846. ARISTOBULUS morbo inteſtinorum correptus, ſangvinem copioſum vomit, & moritur. Succedit ei in Regno & Pontificatu Frater Alexander Jannæus.

3851. ALEXANDER Ptolomæo Lathuro Judæam longè latèqve vaſtanti occurrens cum exercitu fugatur, occiſis 30000. Judæorum. Qva victoria Ptolomæus crudeliter uſus, qvicqvid puerorum & mulierum in pagis reperit, mactari, concidi in fruſtra, & militibus ſuis in cibum apponi juſſit, qvò Judæis tantò terribiliter eſſet.

Anno

3857. PHARISÆI domesticam seditionem concitant contra Alexandrum, qvi injuriâ hac commotus ad sex millia Judæorum occidit.

3862. ALEXANDER Judææ Rex cum Arabum Rege congressus, & insidiis exceptus amisso exercitu vix evadit.

3869. ALEXANDER Judææ Rex, cum post domesticos motus hostes externos etiam ultus esset, ex intemperantia qvartanum febrim accersivit, eademqve qvadriennium laboravit.

3872. ALEXANDER Judææ Rex moritur, & Alexandræ Conjugi regni administrationem committit, mandatq; de placandis Pharisæis, qvos magno suo malo adversarios habuisset: præfuit Alexandra Annis 10.

3881. HYRCANO post matris mortem confirmatur, à Populo Romano Pontificatus: verùm post tres Menses à fratre Aristobulo II. victus & regnum, & Sacerdotium ei relinqve-

re cogitur per Annos tres. Horum duorum Fratrum disſidiis Romani primùm in Judæam attracti ſunt.

Anno Mundi

3885. Aretas Arabum Rex Hyrcanum in Regnum reſtituere conatur: Ariſtobulum acie vincit, Hieroſolymam capit, & Ariſtobulum in templo concluſum obſidet. Verùm Scaurus Syriæ Præſes à Pompejo miſſus obſidionem ſolvit, & Ariſtobulus poſtea Aretam vincit.

3887. Pompejus Aretam Arabum Regem vincit, & Hyrcanum atqve Ariſtobulum Fratres in ſuam poteſtatem redigit: Hieroſolymam occupat, & templum tribus Menſibus oppugnatum expugnat: (4. Julii, feria ſeptima) Ariſtobulum ſecum captivum Romam reduxit:

xit: Hyrcano verò Sacerdotium absqve regno restituit. Atqve sic Judæa Romanis subjicitur.

Anno Mundi

3892. ALEXANDER Aristobuli II. Filium, qvi effugerat deceptis custodibus cum à Pompejo cum parente Romam duceretur, collecto exercitu Patruum Hircanum Hierosolymis expellit, munitiones dirutas instaurat, & præsidiis firmat.

3895. ALEXANDER, dum Gabinius in Ægypto est, iterum exercitum triginta millium colligit, & Judæam subigere conatur, Romanos in præsidiis trucidat: sed cum Gabinio ex Ægypto reverso congressus prælio vincitur, & ægre evadit, de liresqve usqve ad bellum civile Cæsaris & Pompeji.

3896. M. Crassus in Syriam abit, exercitum à Gabinio accipit, & Hierosolymam veniens, contra datam fidem è templo aufert ultra decem millia talentorum, h.e. 9000000. florenorum.

3901. ARISTOBULUS dimittitur in Palæstinam, ut Pompe-

pejanis negotium aliqvod faceſſat : ſed in itinere à Pompejanis ex inſidiis occiditur. Filius Alexander, cum milites conqvireret, capitur, & ad Scipionem Antiochiam deducitur, ibiqve accuſantibus Romanis mandante Pompejo ſecuri percutitur, paucis menſibus poſt interfectum patrem Ariſtobulum.

Anno Mundi

3902. ANTIPATER Idumæus, Herodis pater, à Julio Cæſare poſt devictum & interfectum Pompejum, Procurator Judææ conſtituitur : Hyrcano autem ſummum Sacerdotium ab eodem confirmatur, & ut

& ut mœnia Hierosolymæ à Pompejo diruta instauret, permittitur.

Sub hac qvinta Populi Hebraï Dynastia, qvam Monarchia Græcorum complectitur, vixerunt.

Epicurus *Philosophus, qvi Mitylenis Schola præfuit per qvinqvennium, Anno Mundi* 3642. *Deinde etiam Athenis Scholam aperuit, Anno Mundi* 3647.

Megasthenes *Historicus, circa Annum Mundi* 3649.

Zenon *Stoicus, Anno Mundi* 3650.

Straton *Peripateticus Theophrasti in Lyceo successor, Anno Mundi* 3664. *fuit antea præceptor Ptolemæi Philadelphi, à qvo munus accepit 80. talenta, h.e. ultra* 72000. *flor.*

Aratus *Astronomus, circa Annum Mundi* 3669.

Callimachus *Poeta, circa Annum Mundi* 3672.

Ennius *Poëta natus, Anno Mundi* 3712.

Plautus, & *post eum* Terentius, *circa Annum Mundi* 3780. *Hujus enim Andria acta est Anno Mundi* 3785. *nec non Hecyra: Heautentimorumenos vero, Anno Mundi* 3788. Eunuchus & Phormio, *Anno Mundi* 3789. Adelphi *Anno Mundi* 3790. *sequenti Anno* 3791, Terentius *naufragio periit.*

Cicero *Anno Mundi 3844. natus, commentarios Rhetoricos de inventione edidit Anno* Mundi 3863. *Orationem pro Roscio habuit, Anno* Mundi 3870. *Athenas proficiscitur ad audiendos Philosophos, Anno* Mundi 3871. *ibique assiduus fuit in declamationibus, ita ut Apollonius diceret, se dolere, quod videat doctrina & eloquentia laudem, qua sola Græcis reliqua erat, per Ciceronem ad Romanos translatam: inde Romam rediit, Anno Mundi* 3873. *ibique quàm maximè floruit, Orationem pro Roscio Comœdo habuit, Anno* Mundi *3874. pro Fonteio & A. Cecinna, Anno Mundi* 3881. *pro lege Manilia 3884. Orationem de lege Agraria, item Catilinarias & pro Murena, Anno* Mundi *3887. pro Sulla, 3888. pro Archia 3889. pro Flacco 3891. seqq. Anno in exilium ejicitur à Clodio, Anno* Mundi *3893. ab exilio revocatur, ubi Orationes habuit post reditum in Senatu: & ad Quirites, item pro domo, Anno Mundi* 3894. *pro Sextio, pro Balbo, pro Cælio, &c. scribit tres libros de Oratore & Orationem habuit in Pisonem, Anno* Mundi *3895. Orat. pro* Milone *habuit, & quinque libros de finibus scripsit, Anno* Mundi *3898. post bellum civile, & mortem Pompeji partitiones Oratorias scripsit, & Orat. habuit pro* Marcello, *& Ligario, Anno* Mundi *3904. Seq. Anno scripsit libros Academicos, &c. Anno 2906. post interfectum Julium Cæsarem Orationem habuit*

de

de ἀμνηστία sancienda: scripsit etiam tres libros de Natura Deorum, item de divinatione, de amicitia, de fato, de officiis, & habuit Orat. Philippicas in Antonium, à quo proscriptus fuga sibi consulere voluit, verum deprehensus à sicariis capite & manu dextra truncatus est, quibus pramii loco Antonius dedit 25000. Coronatos, Anno Mundi *3907.*

Virgilius *natus est, Anno Mundi 3886. vixit usque ad Annum Mundi 3931. & sic IV. Monarchiam attingit. Familiaris fuit Augusto Cæsari.*

Horatius, *Anno Mundi 3885. uterque vixit usque ad Monarchiam Augusti Cæsaris.*

Celebrantur sub Monarchia *tertia, inter catera bella, Punicum primum, secundum & tertium, qua Romani cum Carthaginensibus gesserunt: quorum primum duravit Annos 23. Secundum Annos 17. in hoc occubuerunt amplius* 1500000. *Tertium Annos 4. quo tandem Carthago, qua urbs fuit in Africa potentissima, complexa ambitu suo sex milliaria Germanica, à Romanis capta, direpta, & igne delata fuit: arsit dies 15 Anno Mundi 3804.*

Item bella Macedonica, bellum Jugurthinum, bellum Mithridaticum, bellum Catilinarium, &c. tandem bellum civile inter Julium Cæsarem, & Cn. Pompejum, quo Consulum potestas ac gubernatio Roma sublata fuit, inque Monarchiam Imperatorum Romanorum quam

tam & ultimam degeneravit, Anno Mundi 3902.

V. TERMINUS. MONARCHIA IV. ROMANORUM.

Anno Mundi

3902. Sublato Pompejo, Julius Cæsar solus regnare cœpit, factus Monarcha primus & Imperator Romanorum.

Potest autem temporum series in hac quarta Monarchia distingvi in 4. Articulos.

Primus est Imperatorum Ethnicorum, à Julio usqve ad Constantinum Magnum, per Annos 353.

Secundus Articulus est Imperatorum Christianorum in Orienta à Constantino Magno usq; ad Justinianum, per Annos 221.

Tertius Articulus est itidem Imperatorum Christianorum in Oriente à Justiniano usqve ad Carolum Magnum, qvo Imperium in Occidentem & qvidem ad Germanos translatum est, per Annos 273.

Qvartus Articulus est Imperatorum Germanorum Christianorum in Occidente à Carolo Magno

Magno usqve ad hac nostra tempora, per Annos 820.

I. ARTICULUS.
Imperatorum Ethnicorum.

PRimus Articulus Monarchiæ Romanæ complectitur Imperatores 38. 1. *Julius Cæsar.* per Annos 4. qvi Romæ in Curia à conjuratis M. Bruto C. *Trebonio, Cassio, & Decio Bruto* multisqve aliis, plus qvam sexaginta, qvos in pristinam dignitatem restituerat & ornarat, 23. vulneribus confossus interiit, idibus Martii. 2. *Octavus Augustus*, Annis *38.* 3. *Tiberius* Annis *22.* 4. *Caligula*, Annis 4. 5. *Claudius* Annis *14.* 6. *Nero* Annis 13. Mensibus 8. 7. *Galba*, Mensibus 3. 8. *Otto*, Mensibus. 4. 9. *Vitellius*, Mensibus 8. 10. *Vespasianus*, Annis *10.* 11. *Titus*, Annis 2. Mensibus *2.* 12. *Domitianus*, Annis *15.* 13. *Nerva*, Annis 1. Mensibus 6. 14. *Trojanus*, Annis 19. Mensibus 6. 15. *Adrianus*, Annis 20. Mensibus 11. 16. *Antonius Pius*, Annis 23. 17. *Antonius Philosophus*, regnavit cum Collega Antonio Vero, Annis *19.* 18. *Commodus*, Annis 12. Mensibus 9. 19. *Ælius Pertinax*, Mensibus 3. 20. *Didius Julianus*, Mensibus 2. 21. *Septimius Severus*, Annis 17. Mensibus. 8. 22. *Caracalla*, Annis 6. Mensibus 6. 23. *Macrinus*, Anno 1. Mensibus 2. 24. *Heliogabalus*, Annis 3. Mensibus 9. 25. *Alexander*

Severus, Annis 13. 26. *Maximinus*, Annis 2. 27. *Balbinus & Pupienus*, Anno 1. 28. *Gordianus* junior, Annis 6. 29. *Philippus Arabs.* Annis 7. 30. *Decius*, Anno 1. Menſibus. 3. 31. *Valerianus*, cum *Gallo* & *Volusiano*. Annis 7. 32. *Gallienus*, Annis 7. 33. *Fl. Claudius*, Anno 1. Menſibus 7. 34. *Valerius Aurelianus*, Anno 8. Menſibus 6. 35. *Claudius Tacitus*, Menſibus 6. 36. *A. Probus*, Annis 6. 37. A. *Carus*, Anno 1. 38. *Diocletianus*, cum *Maximiliano*, Annis 20. Hi deinde aſciſcant alios Duos Collegas Conſtantium Chlorum Conſtantini Magni patrem, & Galerium Maximinum: & in duo rurſus aſſumunt alios duos, (qvia priores duo abdicarant ſe Imperio) Severum & Maximinum, Annis 27.

II. ARTICULUS

Imperatorum plerorumqve Chriſtianorum, in Oriente, à Conſtantino M. usqve ad Juſtinianum.

COntinet hic Articulus Imperatores Orientales 13. & Occidentales 17. Primus eſt *Conſtantinus Magnus*, qvi extinctis qvinqve Tyrannis ſolus rerum potitur in univerſa Monarchia. Hic ſedem Imperii, qvæ hactenus Romæ fuerat, ex Occidente in Orientem, Conſtan-

stantinopolim transtulit. Est etiam hic primus Imperator Christianus, qvi Ecclesiæ antea sub Imperatoribus Ethnicis tantùm non oppressæ pacem ac tranqvillitatem restituit. Regnavit Annis 30. Mensibus 10.

Post hujus obitum divisio Imperii facta est inter ejus filios, *Constantium*, *Constantinum* & *Constantem*, ita ut ut ille imperaret in oriente, hi duo vero in Occidente.

Atqve hæc divisio Imperii in Orientale & Occidentale postea ita permansit usqve ad vastationem Romæ per irruptionem gentium Barbararum in Italiam.

Fuerunt igitur post Constantinum Magnum, *Imperatores Orientis*: *Constantius*, Annis 24 Mensibns 5. *Julianus* Apostata, Anno 1. Mensibus 8. *Jovianus*, Mensibus 7. *Valentinianus*, Annis 14. Mensibus 4. *Theodosius Magnus*, Annis 16. *Arcadius*, Annis 13. *Theodosius II.* Annis 42. *Martianus*, Annis 6. Mensibus 6. *Leo Thrax*, Annis 17. Mensibus 6. *Zeno*, Annis 27. Mensibus 5. *Anastasius Dicorus*, Ann. 27. Mensibus 3. *Justinus*, Annis 8.

Occidentis autem Imperium tenuerunt *Constantinus II.* & *Constans*: Annis 12. Mensibus 9. *Magnentius*, Annis 3. *Gallus*, Annis 3. *Valens*, Annis 14. Mensibus 4. *Gratianus* & *Valentinianus II.* Annis 17. *Honorius*, Annis 30. Mensib. 3. *Valentinianus III.* Annis 23. Mensibus 5. *Maximus*, aliqvot Menses saltem: *Avitus*, Mensi-

bus 10. *Majoranus*, Annis 4. Menſibus 2. *Severus*, Annis 3. Menſibus 9. *Anthemius*, Annis 5. *Olybrius*, Menſibus 7. *Glycerius*, Anno 1. *Julius* Nepos, Anno 1. *Oreſtes*, Anno 1. *Auguſtulus*, Anno 1. qvem Odoacer Rex Hetulorum ab Imperio depoſuit, & ſic Imperio Occidentali finem impoſuit.

III. ARTICULUS.
Imperatorum Orientis a Juſtiniano usqve ad Carolum Magnum.

HAbet hic Articulus Imperatores 18. Primus eſt *Juſtinianus*, qvi Jus civile in Methodum redegit. Imperavit Annis 38. Menſib. 7. ſucceſſerunt *Juſtinus* junior, Juſtiniani ex ſorore nepos, Annos 16. Menſibus 9. *Tiberius II.* Annis 8. *Mauritius Cappadox Tib.* gener. Annis 16. *Phocas Caſaricida* Annis 8. *Heraclius*, qvi Phocam Tyrannum cepit, & manibus, pedibus ac tandem capite truncavit, & poſtea combuſſit, Annis 31. Hic ob avaritiam ſtipendia Saracenis denegans attraxit eos in Palæſtinam, magno Chriſtiani orbis exito. *Conſtantinus* Filius, Menſibus 4. *Heracleonis* Filius, alter Menſibus 6. *Conſtans* Filius *Conſtantini*, An. 27. *Conſtantinus Pogonatus* Filius, Annis 17. *Juſtinianus II.* Filius, Annis 26. *Philippicus Bardanes*,

nes, *Justinianum* capite truncat, Anno 1. Mensibus 6. *Artemius* Annis 2. *Theodosius III.* Annis 2. *Leo Isaurus*, Annis 24. Mensibus 2. *Constantinus Copronymus* Filius, Ann. 34. Mensib. 2. *Leo IV.* Filius, Annis 6. *Constantinus* Filius cum Matre *Irene*, Annis 23.

IV. ARTICULUS.
Imperatorum Romanorum in Occidente, à Carolo Magno usqve ad hæc nostra tempora.

HIc Articulus in qvinqve Dynastias subdividi potest.

Dynastia I. est *Carolidarum* à Carolo Magno usqve ad Henricum Aucupem. Habuit Imperatores 10. *Carolum Magnum*, per Annos 13. *Ludovicum Pium*, Annis 26. Mensibus 5. *Lotharium*, Annis 15. *Ludovicum II.* Filium, Annis 19. Mensibus 10. *Carolum II. Calvum*, Annis 2. *Ludovicum III. Balbum*, Annis 2. *Carolum III. Crassum*, Annis 8. Mensibus 6. *Arnolphum* Annis 12. *Ludovicum IV.* Annis 12. *Conradum*, Annis 8.

Secunda Dynastia est *Saxonum ab* Henrico Aucupe usqve ad Conradum II. Salicum. Habuit Imperatores 5. *Henricum Aucupem*, Annis 17. (Qvedlinburgi sepultus est.) *Ottonem Magnum*, Annis 37. sepultum Magdeburgi *Ottonem II.*

tonem II. Annis 11. ſepultum Romæ. *Ottonem III.* cognomento D. S Kind/ fuit puer 10. Annorum cum imperii faſces acciperet: poſtea dictus Mirabilia Mundi, ob admirabilem ſapientiam, regnavit Annis 17. Menſibus 2. *Henricum Sanctum*, alias Claudum, Annis 23. Menſibus 5. ſepultum Bambergæ.

Tertia Dynaſtia eſt *Francorum* à Conrado II. uſqve ad Conradum III. Ducum Sveviæ. Habuit imperatores qvinqve anumerato Lothario II. Saxone: Nimirum *Conradum* II. Saliqvum Ducem Franconiæ, Annis 14. Menſib. 10. *Henricum III.* Nigrum, Filium, Annis 17. Menſibus 4. (abrogat tres Papas) *Henricum IV.* Filium, Annis 50. (à Papa conculcatur pedibus & excommunicatur.) *Henricum V.* Filium, Annis 18. Menſibus 9. *Lotharium II.* Saxonem, Annis 13.

Qvarta Dynaſtia eſt *Sveverum* à Conrado III. usqve ad Rudolphum Habſpurgenſem, Habuit Imperatores 7. *Conradum III.* Ducem Sveviæ, Annis 14. *Fridericum Barbaroſſam*, Annis 38. (à Papa pedibus conculcatur.) *Henricum IV. Aſperum*, Annis 9. *Philippum* Fratrem, Annis 9. *Fridericum II.* Annis 38. qvinqvies à Pontificibus excommunicatus fuit, *Conradum* Filium, annis, 7. *Richardum*, Annis 16.

Qvinta Dynaſtia eſt *Imperatorum à Septemviris Electorum*, ut plurimum *Auſtriacorum*, Complectitur Imperatores 19. *Rudolphum Hab.*

Habſpurgium, Annis 17. Menſibus 9. *Adolphum Naſſovium*, Annis 6. Menſibus 6. *Albertum Auſtriacum:* Annis 9. Menſib. 6. *Heinricum VII. Luzelburgium*, Anno 1. Menſibus 2. *Ludovicum Bavarum*, Annis 33. *Carolum IV.* Annis 32. *Wenceslaum* Filium, Annis 22. *Rupertum Palatinum* Annis 10. (ſepultus eſt Heidelbergæ) *Jodocum* Marchionem Moraviæ, paucis Menſibus. *Sigismundum* Filium Caroli IV. Annis 26, Menſibus 8. *Albertum* Auſtriacum Sigismundi generum, Annis 2. *Friderícum IV.* Auſtriacum, Annis 53. Menſibus 5. *Maximilianum I.* Filium Friderici, Annis 25. Menſibus 5. *Carolum V.* Annis 28. Menſibus 7. *Ferdinandum* Fratrem, Annis 6. *Maximilianum II.* Filium, Annis 12. *Rudolphum II.* Filium, Annis 36. *Matthiam* Fratrem, Annis 6. Menſibus 7. *Ferdinandum II.* qvi eligitur Francofurti Imperator & proclamatur 30. Auguſti Anno 1619. cujus Regimen auſpicatum & Eccleſiæ Reiqve publicæ ſalutare eſſe jubeat DEUS Opt. Max.

Dynaſtia Pop. Hebr. VI. & ultima δεσποτικὴ.

POſt gubernationem Maccabæorum manſit qvidem penes Judæos qvaliscunqve poteſtas

teſtas ſacerdotalis, unde adhuc in Novo Teſtamento mentio fit qvorundam Pontificum, ut Hannæ, Caiphæ, Svevæ, Ananiæ, Joh. 18. Actor. 19. & 23. Regia autem dignitas huic Populo penitus adempta & ad exteros translata eſt, usqve dum Hieroſolymæ funditus exſcinderentur.

Conſtitutus autem primum eſt à Romanis Præfectus Judææ Antipater *Idumæus, Anno Mundi 3908. hic dominatus eſt Annis ſex. Filios habuit* Phaſelum & Herodem *(qvi aliàs dicitur Herodes Magnus, item, Aſcalonita) qvorum illum Hieroſolymis, hunc Galilea præfecit, Anno Mundi 3903. Tandem* Herodes *declaratur à Romanis* Rex Judææ, *Anno Mundi* 3910. *& Hieroſolymam expugnat, Anno Mundi 3913. 16. Julii, feria tertia. Abhinc regnavit 34. Annos, & Menſes 7. Filios ſuos duos* Ariſtobulum & Alexandrum *interficit Anno Mundi* 3945. Ariſtobulus *reliqvit Filium Herodem Agrippam. Qvinqve diebus ante obitum occidit etiam Filium* Antipatrum, *qvem in carcerem conjecerat: & mox ipſemet fœdiſſima*

sima morte perit, Anno Mundi 3949. Anno secundo post CHRISTUM natum, cum antea multam & ferè inauditam crudelitatem exercuisset. Mandato Augusti Cæsaris Regnum Herodis *inter ejus filios dividitur; qui superstites adhuc erant:* Archelaus *enim constituitur Rex vel Tetrarcha Judææ, Matth. 2. & 22.* Philippus *Iturea & Trachonitidis;* Antipas *Galilea, Luc. 3.*

Anno Mundi 3957. *qui à nato CHRISTO est octavus,* Archelaus *Rex Judææ propter tyrannidem accusatus, regno deturbatur, & trans Alpes Viennam in Galliam relegatur, bonis ejus in fiscum Romanorum redactis. Ibi Judæa provincia Syriæ attribuitur, &* Qvirino *Præsidi Syriæ subjicitur. Deinde proprios suos Præsides à Romanis accepit, nempe* M. Ambivium, *qvem Cæsar Augustus Hierosolymam misit: Huic successerunt* Annius Ruffus, Valerius Gratus; *tempore Tiberii Imperatoris,* Pontius Pilatus *surrogatus est* Grato *An. CHRISTI 26. præfuit Annis decem, tandem ob crudelitatem coram Rom. Cæsare accusatus desperat, & sibi mortem consciscit: post hunc præsidis munere in Judæa functus est* Fadus: *cui surrogati* Cumanus, Felix, Portius Festus, Actor. 23. 24. Albinus, Gessius Florus *usqve ad excisionem Hierosolymorum.* Philippus *Tetrarcha Iturea, Herodis Antipæ Frater, ditioni suæ præfuit Annis 36. Qvo defuncto, qvia sine liberis decesserat*

rat, Tiberius Ituream attribuit Provincia Syria: Anno æræ Christianæ 36. Herodes *verò* Antipas, *qui Philippo uxorem rapuit, Galilæam gubernavit Anno 39. Tandem Romæ accusatus cum Conjuge in exilium pellitur, ejusq; ditio* Herodi Agrippæ *Herodis Magni nepoti (filio Aristobuli) donatur An. æræ Christianæ 39. Hic deinde etiam Rex Judææ & Samariæ constituitur, Anno* CHRISTI 41. *Sed Anno* CHRISTI 44. *percutitur ab Angelo* DOMINI, *& malâ morte perit, Actor. 12. Filium reliquit Agrippam juniorem, cujus mentio fit, Act. 25. & filias duas Berenicen & Drusillam, Act. 24.*

Anno Mundi

3902. Antipatro Idumæo, Herodis Magni patre, constituto à Romanis Procuratore Judææ, sceptrum à Juda aufertur, Gen. 49.

3974. Herodes, Magnus dictus à patre Præfectus Galileæ constitutus, occidit ibi quosdam latrones, & ob id apud Synedrion Hierosolymæ accusatur.

Anno

Anno Mundi

3908. Herodes Magnus deſpondet ſibi Mariamnem Hyrcani ſummi Sacerdotis Judæorum ex filia neptem.

3915. Ariſtobulus Alexandri, qvi à Pompejo Antiochiæ ſecuri percuſſus erat, filius & Mariamnes frater, ab Herode accipit Pontificatum: ſed cum populo acceptiſsimus eſſet, in odium Herodis incurrit, & ab ipſo ad convivium & ludos etiam Hierichuntem evocatus ut animi cauſa in piſcinis nataret, à Regiis amicis, qvi ſub ordinati fuerant, in aqva ſuffocatur.

3920. Herodes Hyrcanum ſenem, Mariamnes Avum, cum ſibi ab eo metueret, occidit.

3922. Herodes occidit etiam Mariamnem uxorem ſuam: paulo poſt trucidavit etiam Alexandriam ſocrum.

3927. Fames ingens in Judæa fuit, qvam ut Herodes levaret, omnem auream & argenteam ſuppellectilem ſuam pro frumento parando Præſidi Ægypti miſit, erogavitqve frumenti nonaginta millia cororum, circiter 36. tauſend Erffurter Malter.

Anno

Anno Mundi

3931. Herodes aggreditur instaurationem Templi Hierosolymitani, inprimis qvod exteriora Templi ædificia attinet. Anni abhinc usqve ad primum Annum Ministerii CHRISTI numerantur 46. Joh. 2. Magnos autem sumptus Herodes in hac re fecit, mille plaustra paravit, qvæ lapides conveherent, & ex omni Artificium copia peritissimos selegit ad decem millia, & insuper mille Sacerdotes ædificiorum peritos, qvos alüs præfecit. Sublatis igitur prorsus veteribus exterioribus fundamentis, nova jecit longitudine centum cubitorum, latitudine totidem, ad qvantitatem Templi Salomonici.

3932. MARIA, Mater DOMINI, hoc Anno scribitur nata.

3946. Zacharias Sacerdos obit vicem suam in templo, ibiqve promissionem accipit de Filio Johanne, circa finem Mensis Julii.

3947. Angelus Gabriel mittitur ad MARIAM Virginem, annunciatum conceptionem

nem & nativitatem Immanuelis noſtri JESU CHRISTI, circa initium Januarii.

Paulo poſt MARIA Mater DOMINI abit ad viſitandam Eliſabetham cognatam, remittente jam hyeme: manſit enim apud eam tantùm circiter Menſes tres, & Johannes ante Menſem Malum naſci non potuit.

Hoc Anno DOMINUS noſter JESUS CHRISTUS naſcitur circa initium Menſis Octobris ex MARIA Virgine: acciderúntqve reliqva, qvæ Evangeliſtæ diligentisſimè deſcribunt, nempe Circumciſio Infantis, Magorum Adventus, oblatio pueri in templo, fuga Joſephi cum infante & matre, infanticidium Herodis.

Hoc etiam Anno Herodes occidit Senatum Sanhedrim, ordinarios illos Judices in populo Iſraëlitico, & ſubſtituit alios ex proſelytis.

Anno

Anno Mundi

3948 Joſephus cum Maria & Infantulo vitam in Ægypto tolerat.

3949. Adoleſcentes qvadraginta cum duobus Præceptoribus vivi cremantur juſſu Herodis, 9. Januarii, feria ſexta, eo qvod aqvilam auream, qvam Herodes in foribus templi fixerat deturbaſſent.

Mortuo Herode Joſephus cum Maria & Infante ex Ægypto redeunt, & oraculo moniti in oppidulum Nazareth concedunt.

3950. Æra Chriſtiana, qva vulgò utimur, incipit à Kalendis Januarii hujus Anni: & ſic Annus à nativitate CHRISTI hic eſt primus.

3960. JESUS puer duodecennis Hieroſolymis in templo cum Doctoribus diſputat finito Paſchate, Luc. 2.

3977. Johannes præcurſor Meſſiæ incipit prædicare & batiſare hac æſtate, circa initium Anni qvindecimi Imperii Tiberii, Luc. 3.

Eodem

Eodem Anno JESUS baptisatur à Johanne *die 10. Mensis 7. in Festo expiationis, (nobis 18. Septembris, feria 7.) communiter tamen Ecclesia baptismũ CHRISTI rejicit in diem 6. Januarii Anno sequenti 3978. à Mundo condito: qui Annus ætatis CHRISTI verè est 31. communiter autem (juxta aram vulgatam) censetur 39. Et hanc nos quoque deinceps observare oportet.*

A baptismo CHRISTI usqve ad primum Pascha (ab ipso Ministerii sui tempore celebratum accidit historia tentationis CHRISTI in deserto Mattth. 4. Legatio Judæorum ad Johannem, Joh. 1. Reditus CHRISTI ad Jordanem, Joh. 1. Vocatio Philippi & Nathanaëlis, Ibidem. Miraculum in nuptiis Canæ, Joh. 2.

Anno CHRISTI

29. (Veriùs 31.) Pascha CHRISTI, jam Ministerium suum ingressi primum celebratum fuit; die 17. Aprilis, feria prima.

In qvo ejicit lementes & vendentes è templo, & multa signa fecit, Joh. 2. disputat etiam cum Nicodemo, Joh. 3. & in Judæa docet ac baptisat (per discipulos suos) Joh. 3. & 4. usqve ad captivitatem Johannis Baptistæ, ubi CHRI-

STUS de persecutione Phariſaorum certior factus diſcedit in Galilæam per Samariam, in itinere colloqvitur cum Samaritana, Joh. 4.

Anno CHRISTI

30. (Verius 32. qvi à condito Mundo eſt 3979.) JESUS in reditu in Galilæam ſanat Filium Reguli, Joh. 4. inchoat publicam prædicationem in Synagogis Galileæ, & ejicitur ex Nazareth, Luc. 4. inde habitationem Suam transfert in Capernaum, Matth. 4. Vocat Petrum & Andream, Jacobum & Johannem Apoſtolos, Matth. 4. Luc. 5. docet in Sabbathis & ejicit immundum Spiritum, Marc. 1. Luc. 4. ſanat ſocrum Petri, & multos alios ægrotos verſpere illius Sabbathi, Matth. 7. peragrat totam Galilæam prædicans in Synagogis & Miracula faciens, Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4. ſanat leproſum, Marc. 1. Luc. 5. & Paralyticum, Matth. 9. & vocat Matthæum à telonio, Matth. 9.

Anno eodem, Paſcha CHRISTI Secundum celebratum fuit die 8. Aprilis, feria ſeptima, Joh. 5. Matth. 12. Marc. 2. Luc. 6.

Ubi CHRISTUS ſanavit ægrotum ad piſcinam Bethesdam, & per ſata ivit. 15. Aprilis in

in Sabbatho δευτεροπρώτῳ: inde disputatio oritur de Sabbatho: Hinc abiens in Galilaam sanat hominis aridam manum, & propter insidias Phariſaorum & Herodianorum ſecedit ad mare, Marc. 3. Luc. 6. Matth. 12. Sanans ibi multos agrotos: mox eligit & vocat 12. Apoſtolos, Matth. 10. Marc. 3. Luc, 6. & habuit prolixam illam concionem, Matth. 5. 6. 7. Luc. 6. pro informatione Apoſtolorum: ſanat leproſum & ſervum Centurionis, Matth. 8, reſuſcitat filium viduæ in Nain, Luc. 7. liberat obſeſſum, Matth. 12. concionatur ad mare per parabolas, Matth. 13. transfretat & tempeſtatem in mari ortam ſedat, Matth. 4. convivatur apud Matthæum, Matth. 9. ſanat hæmorrhoüſam, & filiam Jairi ex morte reſuſcitat, Matth. 9. &c.

Anno CHRISTI

31. [Verius 33. qvi à condito Mundo eſt 3980. JESUS iterum venit in Patriam ſuam, ibiqve docet exiguo cum fructu, Matth. 13. Marc. 6. inde peragrat omnes urbes & vicos, ibidem, & emittit diſcipulos cum mandatis, Matth. 10. ſeqvitur Legatio Johannis è carcere, Matth. 11. converſio peccatricis, Luc. 7. decollatio Johannis, Matth. 14. Marc. 6. Seceſſio CHRISTI, & cibatio 5000. virorum, Johan 6. Ambulatio CHRISTI & Petri in Mari, Matth. 14. Joh. 6. Concio CHRISTI in Synagoga Capernaitica de pane cœleſti, Joh. 6.

Anno eodem, Paſcha CHRISTI tertium celebratur, Joh. 6.

Inde redieus CHRISTUS diſputat cum quibuſdam, qui eum ſecuti erant, de traditionibus patrum, Matth. 15. Sanat filiam Cananæa ibidem. Item, ſurdum & mutum, Marc. 7. cibat 4000. hominum, Marc. 9. *Phariſæi petunt ſignum è cælo, ibidem, diſcipulos jubet cavere à fermento Phariſæorum,* Matth. 16. *ſequitur ſanatio cæci,* Marc. 8. *Confeſſio diſcipulorum,* Matth. 16. *Transfiguratio Chriſti,* Matth. 17. *Concio de humilitate,* Matth. 18. *Solutio didrachma, ibidem. Celebratio Feſti tabernaculorum, Joh. 7. Abſolutio adultera. Joh. 8. Sanatio cæci, Joh. 9. Concio de bono Paſtore,* Johan. 10. *Celebratio Encæniorum, ibid. (18. Decembris, feria 5.) Succeſſio CHRISTI trans Jordanem, ob inſidias Phariſæorum, ibid.*

Anno CHRISTI

32. (*Scilicet vulgò : alias 34. qui à condito Mundo eſt* 3981.) *Ultima profectio CHRISTI Hieroſolymam : ubi prius adhuc ſemel peragrat totam Samariam, Judæam, & Galilæam: in quo itinere à Samaritanis non recipitur, Luc. 6. emittit 70. diſcipulos, Luc.* 10. *ſequitur concio de Samaritano, Luc. 10. Convivatio in domo*

Mar-

Martha, ibidem, ejectio Diaboli, Luc. 11. Concio de ficu, Luc. 13. &c. de porta angusta, ibidem. Sanatione hydropici, Luc. 14. receptio publicanorum, Luc. 15. Concio de iniquo dispensatore & divite epulone, Luc. 16. Sanatio 10. leprosorum, Luc. 17. Concio de duobus orantibus in templo, Luc. 18. Quæstio de divortio, Matthai 19. acceptatio parvulorum, Marc. 10. Parabola de Operariis in vinea, Matth. 20. Ægrotatio Lazari Joh. 11. Concio de passione in itinere Hierosolymam versus, Luc. 18. Sanatio cæci, ibidem. Vocatio Zacchæi, Luc. 19. Resuscitatio Lazari, Joh. 11. Decretum Pharisæorum de occidendo JESU, ibidem, secessio CHRISTI, ibidem, reditus CHRISTI in Bethaniam, Joh. 12. ingressus CHRITSI regius in Hierosolymam die 29. Martii, Matth. 21. Die 30. Martii CHRISTUS rediens in urbem ficui maledicit, Matthai 21. Die 31. Martii, feria 3. CHRISTUS defendit factum, quod ejecerit vendentes & ementes è templo, & Pharisæis objecta quæstione de Baptismo Johannis silentium imponit: sequuntur parabola de vinea, de nuptiis, &c. Matth. 21. 22. Die 1. Aprilis, feria 4. Pharisæi tentant CHRISTUM de censu Cæsari dando: & Sadducæi de resurrectione mortuorum quærunt, &c. Matth. 22. 23. sequitur prædictio CHRISTI de fine templi & Mundi: item parabola de 10. virginibus, & de talento, &c. nec non descriptio ultimi judicii, Matth. 24. 25.

Die 2 Aprilis, feria 5. (est dies viridium) Judæi consultant de occidendo CHRISTO, & Judas offert suam operam, Matth. 26.

Anno eodem, Pascha CHRISTI qvartum & ultimum celebratur.

CHRISTUS cum discipulis comedit agnum Paschalem vesperi, circa horam sextam, incipiente feria sexta, die nimirum 14. primi Mensis, (h.e. 3. Aprilis) Hora sequente instituitur Cœna Dominica: hora octava altercantur discipuli, sed CHRISTUS valedicit, & consolatur suos, & fundit preces pro Ecclesia, Joh. 13. 14. 15. 16. 17. sequitur hora nona iter CHRISTI in hortum: horâ 10. agon CHRISTI Matth. 26. horâ undecima adventus Judæ cum emissariis militibus, & captivatio CHRISTI: hora duodecima CHRISTI deductio ad Hannam & Caipham: Petri lapsus: CHRISTI examinatio & illusio per sequentes horas noctis. Diluculo, die 3. Aprilis conveniunt Pontifices: hora sexta CHRISTUS damnatur: circa octavam ad Pilatum deducitur, examinatur flagellatur, damnatur: hora undecima ad supplicium educitur: hora duodecima crucifigitur, illuditur, sole obtenebrato: paulò post horam tertiam moritur: circa qvintam sepelitur. Die 4. Aprilis, qvi erat Sabbathum

thum magnum CHRISTUS in ſepulchro quieſcit: die 5. Aprilis, feria prima, CHRISTUS redivivus ex morte reſurgit, & multis apparet: die 14. Maji CHRISTUS ad cœlos aſcendit: die 24. Maji Spiritus Sanctus in ſpecie viſibili effunditur ſuper Apoſtolos, Actor. 2. in Feſto Pentecoſtes: ubi 3000. *hominum convertuntur.*

Anno CHRISTI

33. (Anno Mundi 3982.) Stephanus lapidatur, Actor. 7. Saul perſeqvitur Eccleſiam, qvæ diſpergitur in Judæa & Samaria. Actor. 8.

Anno CHRISTI

34. (Anno Mundi 3983.) Philippus convertit Eunuchum Reginæ Æthiopum Præfectum, Actor. 8. Saulus convertitur, & vocatur Paulus, Actor. 9. & profectus in Arabiam prædicat ibi Evangelium, Gal. 1.

Anno CHRISTI

38. (Anno Mundi 3987.) Petrus paſſim prædicat: & Tabitham Joppenſem à morte reſuſcitat.

Anno CHRISTI

39. Paulus & Barnabas cùm annuo ſpacio Antiochiæ docuiſſent, præbuerunt occaſionem, ut pii *Chriſtiani* vocarentur, Act. 11.

Hoc Anno S. Matthæus ſcripſit ſuum Evangelium.

Anno CHRISTI

40. Paulus & Barnabas, vocati à Spiritu Sancto abeunt in exteras Regiones prædicatum Evangelium, Actor. 13.

41. Paulus & Barnabas Antiochiæ prædicant Evangelium: & à Judæis rejecti convertunt se ad gentes, Actor. 13.

44. Jacobus Apostolus mandante Herode Agrippa decollatur, & Petrus in carcerem conjicitur, Actor. 12.

46. MARIA Virgo, Mater CHRISTI, hoc Anno creditur mortua esse, Euseb.

49. Synodus Apostolorum Hierosolymis habita, in qva deciditur controversia, utrum conversi ex gentibus Lege Mosis sint onerandi, Actor. 15.

51. (*Verius 53. qvi est Annus à condito Mundo* 4000.) Paulus scribit utramqve Epistolam ad Thessalonicenses.

52. S. Lucas scribit suum Evangelium: Item Paulus priorem ad Timotheum.

55. Paulus scribit utramqve Epistolam ad Corinthios.

56. Paulus scribit Epistolam ad Romanos.

58. Paulus captivus Romam mittitur.

59. Paulus scribit Epistolam ad Ephesios: Item posteriorem ad Timotheum.

60. Paulus scribit Epistolam ad Philippenses, Item ad Colossenses.

Hoc

Hoc Anno Lucas quoque Acta Apostolica & Marcus suum scripsisse Evangelium perhibentur.

Anno CHRISTI

62. Jacobus Apostolus, minor dictus, lapidatur Hierosolymis.

63. JESUS Anani incipit clamare: væ super Hierosolymam & populum Judaicum.

Et hoc Anno Evangelista Marcus dicitur occisus Alexandriæ.

65. Hierosolymis 8. Aprilis in festo Paschæ lux in templo orta noctu ad dimidiam horam, & 21. Maji currus & exercitus in aëre pugnantes extiterunt: & in Festo Pentecostes die 29. Maji vox audita in templo: MIGREMUS HINC.

66. Florus injustitia, rapinis & cædibus Judæos ad rebellionem adigit circa Majum, & de seditione agitata eos accusat apud Cestium, Syriæ præsidem. Judæi interim Romanos Hierosolymis ejiciunt, & ad futuram obsidionem se præparant.

67. Petrus & Paulus hoc Anno dicuntur martyrio coronati.

Nero Cæsar mittit Vespasianum cum exercitu in Judæam, qui regionem depopulatur.

70. Ultima eversio ac devastatio Hierosolymorum. *Die 14. Aprilis obsidetur Hierosolyma à Tito; Maji expugnatur murus*

primus: 8. Maji alter: Die 14. Julii ceſſavit juge ſacrificium: 10. Auguſti templum exuritur: 8. Septembris tota urbs crematur & ſolo aqvatur. Capti ſunt 97000. hominum: mortui obſidionis tempore 1100000, reliqvi omnes miſere caſi ac trucidati.

Et ſic qvidem unà cum hac ſexta Dynaſtia finitur Eccleſia Veteris Teſtamenti populiqve Judaici, cui ſuccedit Eccleſia Novi Teſtamenti ex Judaïs & Gentibus, maximè verò ex Gentibus collecta.

Sub ſexta & ultima Dynaſtia Populi Jud. vixerunt extra Eccleſiam, tempore Auguſti Caſaris, Virgilius, Horatius, Ovidius, &c. T. Livius *regnante Tiberio*: Strabo, Perſius, Lucanus, Seneneca, Plinius, Martialis, &c. *ſub* Caligula, Claudio, Nerone, Galba, Otthone, *Imperatoribus, ferè usqve ad excidium Hieroſolymorum.*

Eccleſiæ Novi Teſtamenti Tempora.

Eccleſia Novi Teſtamenti tempora ſeu periodi poſt everſionem Hieroſolymorum imprimis qvatuor conſtitui poſſunt: Perſecutionum: 1. Hareſium 3. Papatus: 4. Reformationis LUTHERI, *usqve ad hac noſtra tempora.*

I. PE-

I. PERIODUS.

Ecclesiæ Novi Testamenti, ab Anno CHRISTI 64. usqve 325.

HÆc continet decem gravissimas persecutiones, qvas Christiani ab Imperatoribus Ethnicis perpessi sunt.

Anno CHRISTI

64. In hunc Annum incidit prima Christianorum persecutio sub Nerone, in qva ingens Christianorum numerus miserrimè combustus est.

72. Ebion & Cerinthus hæretici divinitatem CHRISTI negarunt, & omnes Epistolas Pauli rejecerunt.

90. Incipit secunda Christianorum persecutio sub Domitiano. Johannes Evangelista relegatur in Pathmum.

95. S. Johannes scribit Apocalypsin in Pathmo.

97. Johannes scribit suum Evangelium contra Cerinthum & ejus complices.

99. Johannes Evangelista Ephesi moritur.

104. Vixit Lucianus ille blasphemus: primùm fuit Concionator Antiochiæ, postea defecit ad gentiles, & tandem a canibus dilaceratus est.

Anno CHRISTI

108. Tertia Christianorum persecutio orta est sub Trajano: in qva Simeon Hierosolymitanus Episcopus in crucem actus, & S. Ignatius Romæ bestiis objectus est. Duravit hæc persecutio Annis 14.

116. Papias Johannis discipulus floret: autor extitit erroris Chiliastarum, de Regno terreno piorum in terris per mille Annos.

168. Qvarta Christianorum persecutio sub M. Antonino Philosopho duravit 18. Annos. Hæc sustulit Polycarpum, Justinum Philosophum, & alios innumerabiles.

203. Qvinta Christianorum persecutio, sub Severo, duravit etiam 18. Annos. Hæc inter alios sustulit Leonidem Origenis patrem, Heraclidem, & Hieronem.

237. Sexta Christianorum persecutio, sub Maximino, contra Ecclesiæ Antistites potissimum suscepta est.

251. Septima Christianorum persecutio sub Decio, qvæ inter alios Laurentium & Babylam sustulit. Numerus Martyrum sub hoc Tyranno arenam maris æqvavit.

258. Octava Christianorum persecutio, sub Valeriano, qva Cyprianus & magna agmina Christianorum trucidata sunt.

275. Nona Christianorum persecutio, sub Valeriano, cujus morte terminata est.

Anno

Anno CHRISTI

303. Decima Christianorum persecutio sub Diocletiano & Maximiano. Hæc omnium fuit crudelissima, & integrum decennium duravit. Compertum est in hac sævitia 17000. martyres uno Mense fuisse occisos. Unus Rictionarus, Diocletiani Dux, tantam vim sangvinis Christianorum profudit, ut Mosella ad sex milliaria cruore Martyrum tincta, & putei aliqvot cadaveribus eorum Coloniæ completi fuerint.

Prima hac periodus S. Patres complectitur: Ignatium, Justinum Martyrem, Irenæum, Clementem Alexandrinum, Tertullianum, Originem, Gregorium Neocæsariensem, Cyprianum, Lactantium, &c.

Item viros doctos in aliis disciplinis; Josephum, Qvintilianum, Juvenalem, Plutarchum, Cornelium Tacitum, Gellium, Lucianum, Svetonium, Plinium juniorem, Galenum, Florum, Ulpianum, &c.

II. PERIODUS.

Ecclesiæ Novi Testamenti, Anno CHRISTI 315. usqve 607.

HÆc inprimis complectitur Concilia contra Hæreticos habita, qvorum hac ætate com-

memorantur OEcumenica præcipue quatuor: 1. Nicænum. 2. Constantinopolitanum. 3. Ephesinum. 4. Chalcedonense.

Tametsi enim statim Apostolorum tempore, & paulo post, hæreses aliquot pullulare cœperunt: ut puta Nicolaitarum, *qui promiscuos concubitus approbarunt & multitudinem Deorum in Ecclesiam denuò introduxerunt*: Cerinthi & Ebionitarum, *qui negarunt Mundum à DEO factum esse, ab Angelis autem creatum contenderunt; negarunt item CHRISTI divinitatem, & ex virginitate nativitatem, & salutem non nisi operibus legis acquirendam esse docuerunt: circa Annum CHRISTI 94. 95. &c.* Gnosticorum, *qui animarum substantiam esse ipsam DEI naturam finxerunt, &c.* Tatiani, *qui conjugium damnavit, &c.* Montani, *qui matrimonia dissolvit, jejunia præcepit, & humanam CHRISTI naturam negavit, &c. circa Annum* CHRISTI 100. 157. *&c.* Marcionis & Cerdonis, *qui inter cætera resurrectionem mortuorum negarunt:* Novati & Catharorum, *qui semel lapsis pœnitentiam denegarunt, &c. circa Ann. C. 250.* Sabellii, *qui unam tantùm divinitatis personam esse contendit: An. C. 255.* Samosateni, *qui CHRISTUM fuisse nudum hominem asseruit, circa Ann. C. 265.* Manetis *qui humanam CHRISTI naturam negavit, &c. Anno C. 274. &c. inprimis tamen cessantibus persecutionum procellis, circa Annum C. 310. 328.*

324. 345. 369. 413. 430. *&c. pestilentissimi Haretici exorti sunt, ut* Arrius, Photinus, Eunomius, Aëtius, Nestorius, Macedonius, Eutyches, Apollinarius, Monotheletæ, *cum* Pelagio, *& alii, qui falsis suis dogmatibus totam Ecclesiam CHRISTI gravissimè perturbarunt, & miserrimè dilacerarunt, negando vel veram CHRISTI divinitatem, vel veram ejusdem humanitatem, &c. usque dum* Mahometismus *tandem exoriretur*, Regnumque Antichristi *in toto ferè terrarum Orbe stabiliretur. Interim hæreticis illis opposita imprimis sunt à piis & Orthodoxis Imperatoribus ac Episcopis (præter alias Synodos) quatuor illa Concilia OEcumenica.*

Anno CHRISTI

325. Concilium Nicænum celebratum est.

Convenerunt in urbe Nicæi (in Bithynia) jussu Imperatoris Christiani Magni, *318. Episcopi ex omnibus Ecclesiis Asiæ, Africæ, & Europæ: inter quos eminuerunt maximè* Eustachius *Episcopus* Antiochenus, Alexander Alexandrinus, Macarius Hierosolymitanus, Osius *ille* Magnus *ex Hispania*, Paphnutus & Putamon *Ægypti*, *Spiridion ex Cypro, quorum hi tres ex illis fuerunt, quos ob veræ fidei confessionem Maximianus olim effossis dextris oculis, & sinistro poplite succiso, ad metalla damnaverat.*

verat. Præfuit Concilio ipse Imperator. Damnatum fuit dogma Arrii, Presbyteri Alexandrini, negantis veram CHRISTI Deitatem: præsens fuit ipse Arrius cum suis Paraſtatis, inter qvos præcipuus fuit Eusebius Episcopus Nicomediensis: hi acerrimè suum errorem defenderunt: sed tandem victi sunt: & conditum est Symbolum Nicænum.

Anno CHRISTI

381. Concilium Constantinopolitanum celebratum est, qvod est OEcumenicum secundum.

Convenerunt Constantinopoli decernente Imperatore Theodosio Episcopi 150. qvi Nicænum Symbolum profitebantur, inter qvos præcipui fuerunt Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus, Meletius Episcopus Antiochenus, & Timotheus Alexandrinus, &c. Coactum est hoc Concilium contra Macedonium, Episcopum Constantinopolitanum, qvi negabat veram Deitatem Spiritus Sancti. Damnatus fuit hic error: & ad Symbolum Nycænum adjecta sunt hæc verba: Spiritum Sanctum esse DOMINUM vivificantem, &c.

Anno

Anno CHRISTI

341. Concilium Ephesinum celebratum est, qvod est OEcumenicum tertium.

Convenerunt Ephesi, ad mandatum Theodosii Junioris, Imperatoris, Episcopi 200. *inter qvos primas tenuerunt Cyrillus Alexandria, & Juvenalis Hierosolymorum Episcopus. Damnatus fuit* Nestorius, *Episcopus Constantinopolitanus, qvi negata communicatione idiomatum duas in Christo personas constituebat. Occasionem ejus errori prabuerat Anastasius presbyter Constantinopolitanus, qvi pro concione contenderat, Mariam non esse vocandam* θεοτόκον. *Hunc defendere Nestorius nitebatur.*

451. Concilium Chalcedonense celebratum, qvod qvartum est OEcumenicum. Indixit Imperator Martianus, qvi & ipse interfuit.

Convenerunt Chalcedone Episcopi 630. *Inter cætera damnatum est* dogma Eutychis, *qvi duas in CHRISTO naturas confundebat, docens ex Deitate & Carne unam factam esse naturam, &c.*

Cele-

Celebrata ſanè fuerunt hoc intervallo plura etiam alia Concilia, ut Romanum, Hieroſolymitanum, Alexandrinum, Antiochenum, Hipponenſe, Carthaginenſe, Milevitanum, Mediolanenſe, Turonenſe, Pariſienſe, &c. ſcilicet à tempore Conſtantini Magni usqve ad primatum Pontificum Romanorum: ſed qvatuor illa, qva commemoravimus, præcipua ſunt, & maxime celebria.

Vixerant ſub hac ſecunda Periodo S. Patres: Athanaſius, Euſebius, Hilarius, Baſilius Magnus, Gregorius Nyſſenus, Gregorius Nazianzenus Auguſtinus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Prudentius, Symmachus, Oroſius, Theodoretus, Fulgentius, Boëchius, Socrates, Sozomenus, Leo Magnus, Sedulius, Caſſiodorius, Gregorius Magnus, &c.

Item viri docti in aliis diſciplinis: Jamblichus, Themiſtius, Claudianus, Auſonius, Proclus: Dionyſius Exiguus, Priſcianus, Evagrius, &c.

III. PERIODUS

Eccleſiæ Novi Teſtamenti, ab Anno CHRISTI 1607. usqve 1517.

CUm hac periodo incipit Papatus in Bonifacio III. Epiſcopo Romano. Huic enim Phocas

cus Cæsaricida primatum super omnes Ecclesias concessit, & nomen universalis Episcopi tribuit, circa Ann. C. 607.

Possunt enim Romana Ecclesia Episcopi in tres Classes distingvi: qvarum prima comprehendit Sacerdotes pios, doctos, vigilantes, pauperes, & plerosqve martyres, circiter 33. à Lino vel Cleto, usqve ad Sylvestrum.

Secunda Classis continet Archi-Episcopos, non malos qvidem omninò, sed tamen traditionum humanarum Authores, & Antichristi præcursores, circiter 34. à Sylvestro usqve ad Bonifacium III. (*qvem* LUTHERUS *rectius Malefacium appellat.*)

Tertia Classis complectitur Papas, Antichristos, qvorum detestanda semper fuit impietas, ambitio, avaritia & audacia, à Bonifacio III, usqve ad hæc nostra tempora, circiter. 174.

Anno CHRISTI

607. Bonifacius III. Papa obtinuit à Phoca, ut sedes Romana esset caput omnium Ecclesiarum.

608. Bonifacius IV. Pantheon Romæ convertit in templum omnium Sanctorum.

610. Alcoranus, lex Mahometica, Arrianæ impietatis soboles & hæres, nata.

615. Theodatus Papa ob spiritualem cognationem in Baptismo Conjugium prohibet.

Anno

Anno CHRISTI

620. Heraclius Imperator exercitum colligit contra Persas, & cum pecunia destitueretur, thesauros Ecclesiarum mutuo accipit, & ex vasis aureis & argenteis sacris nummismata cudit.

628. Exaltationis S. Crucis festum ab Heraclio Imper. instituitur.

629. Ecclesia Orientalis CHRISTUM pedetentim amittit: & Monothelitarum hæresis invalescit, qva ipsemet qvoqve Imper. Heraclius inficitur.

637. Mahumetani sues & apri vineam CHRISTI in toto Oriente turpiter vastare incipiunt.

657. Vitalianus Papa Organa in templis humanæ voci adhibuit.

711. Constantinus I. Papa à Justiniano Imper. venerabundo oscula pedum primus excipit.

727. Georgio II. Papa Leoni Cæsari per universam Italiam tributū dare inhibens, omnes à fidelitatis juramento, qvo Imperatori obstricti erant, absolvit. Sic tota Italia ab Imperio defecit.

731. Georgius III. Pontifex Rom. Leonem Imperatorem non tantum communione privat, sed & Imperiali dignitate, qvantum in se est, dejicit.

Anno

Anno CHRISTI

756. Stephanus II. Papa, primus hominum humeris geſtatur. Hinc mos Papam humeris geſtandi introductus.

777. Saxonum pars Chriſtianiſmum ſuſcipit.

791. Diſputatio Græcorum de Spiritu Sancti proceſſione tantùm à Patre, non autem à Filio, agitari cœpit.

816. Svevia ad CHRISTUM convertitur.

883. Normanni ad Fidem Chriſtianam perducuntur.

921. Initium Chriſtianiſmi in Bohemia, Svitigneo Duce baptiſmum ſuſcipiente.

965. Initium Chriſtianiſmi in Polonia, Miceslao Duce baptiſmum ſuſcipiente.

966. Dani fidem Chriſtianam ampleſtuntur.

971. Hungari ad CHRISTUM convertuntur.

998. Feſtum omnium animarum per Odilonem Abbatem introducitur.

Eodem Anno Sylveſter II. Magus Pontificatum Diaboli opera, cui ſe devoverat, adipiſcitur.

1073. Gregorius VII Papa, necromanticus, cœlibatum introducendo, conjugiiqve inter conjugatos vincula reſcindendo, ſcortationibus, adulteriis, aliisqve turpiſimis flagitiis feneſtram aperuit. Idem Henricum IV. Cæſarem excommunicavit & regio titulo ſpoliavit, Germaniæqve

qve Proceres à data fide absolvens contra ipsum armavit.

Anno CHRISTI

1106. Pomerania ad CHRISTUM convertitur.

1143. Tundali somnium de purgatorio.

1161. Waldenses in Galliæ incipiunt abusus veræ Religionis in Ecclesia Pontificia reprehendere, & Papæ potestatem politicam negare.

1168. Rugia ad CHRISTUM convertitur.

1186. Livonia fidem Christianam accipit.

1215. In Concilio Lateranensi Transsubstantiatio Panis & Vini in Cœna Dominica approbatur & confirmatur.

1234. Pruteni ad CHRISTUM convertuntur.

1264. Festum Corporis CHRISTI ab Urbano Pontifice instituitur.

1300. Jubilæi primi celebratio à Bonifacio VIII. Papa introducitur.

1331. Johannes XXII. Papa hæresin spargit animas non videre DEUM ante novissimum diem.

1375. Johannes Wicleffus Anglus, qvod contra receptas seculi sui opiniones & dogmata superstitiosa, multa scripsisset, tanqvam hæresiarcha condemnatur, in Academia Oxoniensi.

Anno

Anno CHRISTI

1387. Lithuania ad CHRISTUM convertitur.

1400. Jubilæi nundinatio primam præbuit anſam Huſſo & Hieronymo Pragenſi ſcribendi contra Papam.

1414. In Concilio Conſtantienſi Laicis Euchariſticam ſub una duntaxat ſpecie diſtribuendam eſſe decernitur, & hæreticis nullam habere fidem præcipitur.

1415. Johannes Huſſus damnatur & exuritur.

1416. Hieronymus Pragenſis Husſiticæ doctrinæ aſſecla itidem ad rogum condemnatur.

1428. Johannis Wicleffi cadaver, Anno ab ejusdem morte 41. juſſu Papæ exhumatur, & publicè crematur.

1441. Feſtum Viſitationis Mariæ inſtituitur in Concilio Baſileenſi, ob bellum Turcicum fecilioribus auſpiciis ſuſcipiendum.

1453. Conſtantinopolis cum Imperio Orientali in Turcicam poteſtatem redacta ſit ſtabulum ſivè ſpelunca latronum, fœtidumqve ſepulchrum Gogitarum.

1483. MARTINUS LUTHERUS Islebiæ naſcitur, die 10. Novembris: Patre Johanne, Matre Margaretha.

1501. Alexander VI. Papa in Germaniam diplomata cum amplisſimis Jubilæi indulgentiis mittit & vendit.

Anno

Anno CHRISTI

1505. MARTINUS LUTHERUS, cum paulo ante esset renunciatus Magister liberalium artium, Annum agens 22. ingreditur Monasterium Erfurti, die 27. Julii.

1507. LUTHERUS primam Missam canit Dominica Cantate, die 2. Maji.

1508. LUTHERUS venit Witebergam, & ibi publicè prælegit Organon, item Physicam Aristotelis.

1512. LUTHERUS Witebergæ creatur Doctor Theologiæ, die 19. Octobris.

1515. Biblia Hebraica, vulgo Complutensia, adjunctis tribus Interpretationibus, Chaldaica, Græca & Latina, ab Episcopo Toletano edita.

1516. LUTHERUS disputat contra Scholasticos Theologos, de libero arbitrio, meritis operum, & traditionibus humanis.

Sub hab periodo tertia vixerunt viri cælebres: Isidorus, venerabilis Beda, Johannes Damascenus, Nicetas, Theophylactus, Avicenna, OEcumenius, Bernhardus, Gratianus compilator Decretorum, Petrus Lombardus Magister sententiarum. Averroes, Bonoventura, Thomas Aquinas, Durandus, Joh. Scotus, Nicephorus Callistus, Nicolaus de Lyra, Gvilielmus Occam, Johannes Taulerus Concionator Argentoratensis, Joh. Wicleffus, Bartolus, Baldus, Joh. Huß,

Joh.

Joh. Gerſon. Theodorus Gaza, Georgius Trapezuntius, Platina, Laurentius Valla, Joh. Picus Mirandula, Rudolphus Agricola. Joh. Jovianus, Pontanus, Hieronymus Savanorola, Joh. Naucerus, Joh. Keyſersberger/ *Aug. Politianus, Franciſcus Picus Mirandula, Erasmus Roterodamus, Baptiſta Mantanus, &c.*

IV. PERIODUS
Eccleſiæ Novi Teſtamenti, ab Anno CHRISTI 1517. usqve ad hæc noſtra tempora.

Anno CHRISTI

1517. Leo X. Rom. Pontifex per omnes Provincias Diplomata ſua miſit, qvibus remiſſionem peccatorum promiſit Indulgentias pro pecunia emẽtibus. Hanc abominandam nundinationem & animarum perditionem D. LUTHERUS, SPIRITUS, excitatus & ani-

matus, non ferens, Theſes Theologicas contra iſtas Pontificias impoſturas Witebergæ in vigilia omnium Sanctorum, die 31. Octobris, publicè, ad diſputandum propoſuit. Hæ Theſes occaſionem dederunt admirandæ Religionis Reformationi, qvæ mox ſecuta eſt.

Anno CHRISTI

1518. Imperator Maximilianus I. Comitia habet Auguſtæ: ad ea evocatus D. MARTINUS LUTHERUS venit die 21. Octobris ad Cajetanum Pontificis Legatum, qvi cùm polinodiam efflagitaret, LUTHERUS provocavit ad Papam die 16. Octobris inde, (*cum videret Pontificem urgere indulgentias & hoc ſeriò agere, ut Lutherum violenter opprimeret*) die 28. Novembris ad Publicum Concilium.

Hoc Anno VVitebergam venit Philippus Melanchthon, Anno ætatis ſuæ 22. vocatur eò ad dicendum Græcas literas. Is itaqve Homerum expli-

explicandum ſuſcepit. Sed & Epiſtolam Pauli ad Titum interpretatus eſt. Et ſequentibus Annis edidit Grammaticam, Dialecticam, Rhetoricam, Ethicen, & Locos Communes Theologicos, aliosque Commentarios ad rem Theologicam facientes: quæ ſcripta magno applauſu fuerunt paſſim accepta. Et Philippus illis temporibus Lutheripiam cauſam multum promovit, & pro virili adjuvit.

Anno CHRISTI

1519. Diſputatio Lipſiæ fuit habita inter Lutherum & Caroloſtadium, (*tum adhuc Lutheranum Theologum*) & Johannem Eccium Pontificium.

Decreta fuerat ea diſputatio inter Caroloſtadium & Eccium tantum, Lutherus autem cum advenisſet ſaltem ut auditor, provocatus fuit ab Eccio ad diſputandum.

Is igitur haud detrectans hanc pugnam, deſcendit cum Eccio in Aream. Prima concertatio fuit de Antiqvitate & primatu Romanæ Eccleſiæ. Pugnatum eſt utrinqve acriter, ab Eccio quidem ſiculneis argumentis, pro autoritate & poteſtate Papæ: A Luthero verò in ſacrarum literarum teſtimonius, & ex probatis hiſto-

Historiarum monumentis, pro libertate Ecclesiarum CHRISTI, adversus iniqvum Pontificum Romanorum Imperium. Ab hoc themate digressus est Eccius ad alias qvasdam Lutheri Theses, de indulgentiis propositas. Et impugnavit Eccius ea, qva Lutherus scripserat, de Purgatorio de Indulgentiis, de Pœnitentia, de Condonatione culpæ, & pœnæ remissione; deniqve Sacerdotum potestate. Decimo qvarto demum die disputationis illius fuit exitus.

Anno CHRISTI

1520. LUTHERUS à Leone Pontifice excommunicatur Romæ, Bulla edita die 25. Junii.

Lutherus contra à Papa; qvem Antichristum vocat, provocat ad Concilium; jus Canonicum cum Bulla Leonis Witeberga cremat die 10. Decembris, & sui facti rationes publico scripto edit: emittit etiam librum de captivitate Babylonica, & paulo post duos superstitionis Pontificiæ nervos, vota Monastica & Missas privatas incidit & cursum illustranda vera Evangelii doctrina inter potentissimorum adversationes constanti & ingenti animo, & felicitate miranda perpetuò urget & tuetur.

Anno

Anno CHRISTI

1521. Prima Comitia Caroli Imper. Wormatiæ; in qvibus comparuit LUTHERUS, evocatus ab Imper. & die 17. atqve 18. Aprilis coram Imperatore & Imperii Proceribus maxima animi constantia de sua doctrina respondit.

Proscribitur inde Lutherus die 8. Maji, sed à Friderico Electore, donec Carolus ex Germania discederet, in arcam Wartburck *clàm deductus est, ubi tempus non otiosè praterlabi passus est, sed aliqvot libellis imprimus Postillis illis Germanicis Ecclesiam DEI erudivit.*

Leo Papa iterum excommunicat Lutherum & Heinricus Anglia Rex contra Lutherum scribit.

1522. LUTHERUS propter tumultus Carolostadianos è Pathmo Witebergam redit, die 6. Martii, & conatus Carlstadii infringit. Respondet etiam Henrico Regi Angliæ, calamo asperiore.

Hoc Anno LUTHERUS Novum Testamentum è Græcis fontibus in Germanicam lingvam transtulit, & edidit.

Item disseminabantur passim prodigiosæ κενοφωνίαι Enthusiastarum & Anabaptistarum, qvi LUTHERO absente, ex urbe Cygnea Witebergam venerant: *Qvorũ aliqvi cum DEO sibi colloqvium esse, & mandatum se habere dicebant, ut impiis omnibus interfectis, novum constituerent mundum, in qvo pii solum & innocentes viverent, ac rerum potirentur. Ex hoc hominum genere atqve officina prodiit Thomas Münzerus, Rusticana seditionis autor.*

Anno CHRISTI

1523. Prima reformatio rituum Missæ & Communionis ex Lutheri præscripto witebergæ instituitur.

LUTHERUS item Pentateuchum, sive qvinqve libros Mosis, in lingvam Germanicam traducit editqve Witebergæ; Scribit qvoqve librum de dignitate & officio Magistratus politici.

Hoc Anno etiam Bruxelis duo Monachi Augustiniani, Heinricus & Johannes, sub inqvisitore Hogostrato, flammis exuruntur. Hi omnium fuerunt primi nostri temporis Martyres, qvos LUTHERUS ob constantiam cantico celebravit.

Moniales qvadam Psalmorum libros Latinos de manibus deponere, habitum religiosum exuere, & Monasteriis valedicere cœperunt, contracteqve matrimonio facta sunt matres familias: sed & Leonhardus Koppen, civis Torgen-

sis

genſis feria tertia Paſchatis, ſeptima Aprilis die, novem Moniales, genere nobiles, ex Monaſterio Nimptſen extractas VVitebergam abducit: inter qvas fuit Catharina à Boren, qva poſtea Lutherο nupſit.

Anno CHRISTI

1524. Anno hoc Eraſmus Roderotamus, impulſu Regis Angliæ & Cardinalis Eboracenſis, edidit ſcriptum contra LUTHERUM, qvod diatriben appellavit, in qvo vires liberi arbitrii defendere conatus eſt. Ei ſcripto poſtea LUTHERUS acriter & nervosè reſpondit: eiqve libello titulum inſcripſit: De ſervo arbitrio.

Hoc ipſo Anno Heinricus Zutphanienſis, Prior Auguſtinianorum Antvverpiæ, qvi Lutheri auditor fuerat, propter piam Evangelii doctrinam, miſerabili morte, & magno cum cruciatu fuit interfectus apud Dietmarſos, qvi ſunt ad Germaniæ fines. Eo enim ſe tandem contulerat vocatus, cum antea apud Bremenſes per biennium fere Evangelium CHRISTI *docuiſſet. Hoc Anno Lutherus Monaſticum habitum depoſuit, uſus deinceps veſtitu, in qvo tum temporis honeſti Sacerdotes incedere ſolebant.*

Hoc Anno initium factum eſt Sacramentarii Belli inter

Theologos, à Pontificia religione diſſentientes.

Carolſtadius enim non modò cum Imaginibus & ſtatuis bellum gerebat, ſed etiam Verba CHRISTI, (hoc eſt Corpus meum,) ſic interpretatus eſt, quod CHRISTUS particula τοῦτο, ſeu, hoc, non de pane pronunciarit, ſed quod Corpus ſuum (quod diſcipulis aſſidebat, & conſpiciebatur) denotaverit: Ita quidem, ut Corpus CHRISTI nequaquam cum pane accipiant Chriſtiani. Zuvinglius Hæc CHRISTI verba ſic explicavit: Hoc eſt, id eſt, SIGNIFICAT Corpus meum: OEcolampadius ſic CHRISTI Verba intelligenda aſſerebat: Hoc eſt Corpus meum: id eſt hoc eſt figura Corporis mei. Omnium tamen horum Theologorum ſententia in eo conveniebat, CHRISTI Corpus & Sanguinem in ſacra Cœna non exhiberi cum pane & vino, ſed ſurſum tantum in cœlo ſupremo & alibi nusquam, ante noviſſimum diem, eſſe præſentia. Calvinus poſterioribus temporibus viſus eſt rejicere Carolſtatii, Zuvinglii, & OEcolampadii interpretationes: & tamen revera idem ſenſit cum ipſis. In conſenſu enim cum Tigurinis Theologis ſcripſit, Corpus CHRISTI tanto à nobis intervallo abeſſe, quanto cœlum diſtat à terra.

Die

Die 22. Auguſti LUTHERUS Jenæ paciſcitur cum Carlſtadio, de Euchariſtia publicè explicanda, & adverſariis libris divulgandis.

Hoc ipſo Anno etiam LUTHERUS edit Pſalterium Davidis Germanice.

Anno CHRISTI

1525. LUTHERUS die 24. Maji, Ordinationem Miniſtrorum Eccleſiæ inſtauravit, & in Eccleſiam reduxit, cum primus ordinandus eſſet Georgius Rorarius.

Sacrarum cantionum Germanicarum liber, à LUTHERO ſuperiori Anno ferè compoſitus, editur hoc Anno.

Miſſa primum celebrata lingva vernacula, Witebergæ, die 29. Octobris, Dominica XX. poſt TRINITATIS.

LUTHERUS ſimul edidit librum de abominatione canonis in Miſſa, cui ex Pontificiis multi contradixerunt.

Hoc Anno ſeditio Ruſticorum in Thuringia excitata eſt, authore Thoma Münzero. Cæciderunt in hoc bello Ruſticorum ultra qvinqvaginta millia: Qvidam numerum adcentum millia extendunt. Münzerus etiam eum aſſeclis capite plexus eſt.

Emisit & Lutherus hoc Anno satis tempestive libellos contra fanaticos homines, qvi cœlestes Prophetæ appellabantur: inter qvos erat etiam Carolstadius, de qvo supra diximus, qvi tumultuosè Imagines deturbabat, & de sacra Cœna DOMINI malè sentiebat.

Hoc Anno LUTHERUS uxorem duxit, virginem nobilem, Catharinam à Bora: qvæ antea Monacha fuerat: ad hoc factum Pontificii tantùm non insaniverunt.

Anno CHRISTI

1526. Colloqvium Badense habitum fuit inter Theologos Pontificios, Fabrum, Eccium, Murnerum, & Helvetios, inter qvos primas obtinebat OEcolampadius.

Eccius defendit hæc dogmata: verum CHRISTI Corpus atqve Sangvinem adesse in Cœna DOMINI: & pro vivis ac mortuis verè offerri: Virginem Mariam, reliqvosqve Divos pro Intercessoribus esse invocandos: Divorum imagines non esse tollendas: post hanc vitam esse purgatorium. OEcolampadius cum suis contra disputabat. Zvvinglius aberat: sed tamen missis scripti-

scripto hac dogmata confutabat. Actionis hic fuit exitus, ut in ea, quam hucusq; servavissent, Religione permaneant omnes, & concilii sequantur auctoritatem, neque novum ullum dogma suos intra fines admittant.

Hoc Anno Erasmus libellum contra Lutherum in lucem emisit, cui titulum fecit, Hyperaspistes, quod scriptum sophisticum responsione haud dignum judicasse Lutherum ajunt.

Natus est etiam hoc Anno Schwenckfeldianismus.

Autor fuit Caspar Schwenckfeld de Ossing, nobilis Silesius: negavit per externum Verbi Ministerium homines converti: baptismum ad hominis regenerationem nihil facere asseruit: negavit etiam, in Cœna cum pane & vino exhiberi Corpus & Sanguinem CHRISTI: negavit humanam CHRISTI naturam esse creaturam: statuit eandem, post resurrectionem CHRISTI, divina natura per omnia exaquatam esse: docuit hominem justificari fide & operibus simul, &c.

Anno CHRISTI

1527. Prima Visitatio Ecclesiarum Saxonicarum instituta est, mandante Electore Saxoniæ Johanne.

LUTHERUS edidit librum contra Sacramentarios Zwinglium & OEcolampadium: Daß die Worte noch fest stehen/ ꝛc.

Hoc Anno Anabaptiſtarum ſecta plurimum augeri cœpit.

Negant infantes baptiſandos eſſe, & adultos rebaptiſant: non eſſe præſtandum juramentum homini Chriſtiano: non licere Magiſtratum gerere: negant tres eſſe Perſonas in TRINITATE: Deitatem & ſatisfactionem CHRISTI negant: ſtatuunt hominem poſſe implere legem, & operibus juſtificari, omnia bona debere eſſe communia, &c.

Anno CHRISTI

1528. LUTHERI major Confeſſio de Cœna DOMINI adverſus Zvvinglium editur.

1529. Conventus Spirenſis celebratur, in qvo decretum à Pontificiis factum de nihil innovando in Religione: contra qvod Elector Saxoniæ JOHANNES cum reliqvis die 16. Aprilis ſolenniter proteſtatur: hinc ortum pervulgatum illud nomen PROTESTANTIUM.

Hoc Anno Lutherus edidit minorem Catechiſmum, Menſe Januario: mox etiam Majorem, circa Menſem Octobrem.

Hoc Anno etiam Turcarum Solimannus, innumero cum exercitu, per Ungariam tendit in Auſtriam, & primariam ejus regionis urbem Viennam ad Idus Septembris obſidet, & cuniculis rem agit: & qva parte mania ſubverti-

ſet,

set, manus acerrime conserit. Sed cum milites praesidiarii Germani (quorum praecipuus Dux erat, Philippus, Palatinus Princeps) fortissimè stationem defenderent, postridie idus Octobris insectare, discedit: multis hominum millibus in reditu partim trucidatis, partim in in miserabilem ac fœdam servitutem abductis.

Colloqvium Marpurgense hoc Anno habitum est, 34. & 35. Octobris.

Cum enim Pontificii haud obscure minas spirarent, ita ut potestantes Principes & Ordines Imperii propter Evangelii doctrinam in periculo versarentur, Landgraffius Hassiæ Philippus de uniendis Ecclesiis, qvæ in Articulo de Cœnâ DOMINI non idem sentiebant, diligenter cogitabat. Ejus igitur rei causa conventum Theologorum instituit, ut Marpurgi de eo Articulo colloqverentur, & si fieri posset, Concordia inter eos iniretur. Comparuerunt igitur ex una parte, Lutherus, Philippus Melanchthon, Justus Jonas, Johannes Brentius, Andreas Osiander & Stephanus Agricola: & ex altera parte OEcolampadius, Zvvinglius, Bucerus & Hedio. Objecti fuerunt initio per Lutherum & Philippum OEcolampadio & Zvvinglio alii etiam errores, tum in libris ipsorum, tùm aliàs de ipsis sparsi, nempe, de peccato Originali, de Ministerio verbi, de Divini-

tate CHRISTI, &c. in qvibus omnibus Helveti in Lutheri sententium concesserunt: deinde vero ex professo de sacra Cœna actum fuit; sed non potuit inter eos conveniri.

Anno CHRISTI

1530. Comitia Augustana celebrantur: in qvibus Confessio Lutheranorum, qvæ Augustana dicitur, Carolo V. Imperatori in conessu totius Imperii exhibita, & publicè prælecta fuit die 5. Junii, feria septima.

Huic opposita fuit à Pontificiis Confutatio, qva etiam publicè in Comitiis illis prælecta est 3. Augusti: ad qvam responsum est in Apologia Augustana Confessionis conscripta à Philippo Melanchthone, & Carolo qvinto qvoqve oblata, sed non recepta, die 22. Septembris.

1531. Conventus protestantium Schmalcaldensis: in qvo deliberarunt de mutua defensione contra vim, si qva fortasis Evangelii ergò ipsis inferatur.

Anno

Anno CHRISTI

1532. Prima Pax in Religione, inter Cæsarem & Protestantes facta, mediantibns Alberto Moguntino, & Ludovico Palatino, 23. Junii, confirmata à Carolo die 2. Augusti.

Sancitum fuit, ne Religionis causa cuiqvam ulla molestia creetur, ad nqve Concilii tempus: aut si nullum fiat, tantisper, donec per ordines Imperii alia fuerit inventa ratio dissidium hoc sanandi.

Suscitata hoc tempore fuit denuò hæresis Ariana per Michaelem Servetum Hispanum, qvi impugnabat SS. TRINITATEM. Ex Alcorano Turcico, qvem Saracenicæ lingvæ addiscendæ gratia legerat, venenum istud hauserat. Tandem propter tetras ejusmodi blasphemias Genevæ combustus est, Anno CHRISTI 1555.

1533. Georgius Dux Saxoniæ persequitur Lutheranos in Misnia: & accusat LUTHERUM, qvod suæ ditionis homines ad re bellionem incitet; cui LUTHERUS respondet.

Anno

Anno CHRISTI

1534. Biblia Germanica à LUTHERO translata & in unum corpus redacta excuduntur Witebergæ.

1535. Furor Anabaptiſtarum in Weſtphalia in urbe Monaſterii, authore Johanne Leidenſi, Sartore Hollando.

Incipit etiam hoc Anno Jeſuitarum ſocietas ab Ignatio Lojola, nobile Hiſpano.

1536. Formula Concordiæ inter LUTHERUM & BUCERUM Witebergæ inita, ſed paulò pòſt iterum reſciſſa.

Veniebant Witebergam Wolffgangus Capito, Martinus Bucerus, Wolffgangus Muſculus, & alii Theologi cupientes cum Luthero & cæteris Theologis Witebergenſibus in re Sacramentaria conſtituere concordiam. Formula conſcribebatur à Philippo Melanchthone in hunc modum, qvod Bucerus cum ſuis ſentiant ac docere velit, cum pane & vino verò ſubſtantialiter adeſſe, exhiberi & ſumi Corpus & Sangvinem CHRISTI; & qvanqvam negent fieri transſubſtantiationem, aut localem incluſionem in pane, aut durabilem aliqvam con-

conjunctionem extra usum sacramenti, tamen incedant, Sacramentali unione panem esse Corpus CHRISTI, hoc est porrecto pane simul adesse & verè exhiberi Corpus CHRISTI, etiam indignis: quod item in omnibus reliquis Articulis Augustana Confessionis & Apologia idem prorsus cum Lutheranis sentiant ac docere velint, ideoque firmam inter ipsos Concordiam fieri ac conservari posse & debere. Verum enimvero Bucerus domum reversus formulam hanc ex mente Zwinglii apud Helveticos & Theologos interpretatus est: Undefactum, ut spes hac Concordiæ omnis iterum expiraret, & Lutherus deinceps magis etiam Bucerum ejusque asseclas publicis scriptis perstringeret.

Anno CHRISTI

1537. Elector Saxoniæ JOHANNES FRIDERICUS cum Confœderatis Schmalcaldiæ conventum agit in Februario, cui & *Heldus* Legatus Cæsaris interfuit: recusatum tum fuit Concilium à Papa Mantuæ in Italia institutum: Articuli tamen fidei, qvi Con-

Concilio, si qvod futurum esset, exhiberentur, à D. LUTHERO conscripti sunt, qvi ARTICULI SCHMALCALDICI appellantur.

Anno CHRISTI

1538. Hoc tempore excitata est nova hæresis Antinomica per Johannem Islebium Agricolam Islebiæ Ludimoderatorem, & Theologiæ simul Professorem.

Docuit is, Legem Mosis non esse docendam in Ecclesia, neqve per eam Spiritum Sanctum operari pœnitentiam in cordibus hominum, sed Evangelium esse propriè concionem pœnitentiæ &c. qvibus erroribus D. Lutherus Witteberga opposuit Disputationes suas sex Antinomicas.

1539. Georgius Dux Saxoniæ subito moritur die 17. Aprilis: succedit HEINRICUS Frater, qvi Religionem Pontificiam mutavit, & cum Pontificii Lipsiæ docuissent in Paschate, LUTHERUS, & alii ibidem in Festo Pontecostes in suggestis stabant.

Hoc Anno Lutherus librum suum edit de Conciliis, cum tam freqvens hactenus fuisset deliberatio ac disceptatio de Concilio indicendo.

Anno

Anno CHRISTI
1541. Colloqvium Wormatiense habitum est, inter Pontificios & Protestantes.

Collocuti sunt, Philippus Melanchthon & Johannes Eccius, saltem de secundo Articulo Aug. Confessionis, nempe de peccato originali, per triduum Mense Januario. Mox à Cæsare fuit abruptum hoc colloqvium, & Ratisbonam translatum.

Colloqvium Ratisbonense hoc Anno habitum fuit Mense Aprili.

Convenerunt Theologi, Philipus Melanchthon, Bucerus, Johannes Pistorius, Johannes Eccius, Johannes Grepperus: & Liber qvidam, qvi idoneus videbatur ad futuram conciliationem, ab Imperatore Collocutoribus fuit oblatus, qvo pracipua fidei capita continebantur, ut, de creatione hominis, de libero arbitrio de, peccato, de justificatione, de Ecclesia, de pœnitentia, de interpretatione scripturæ, de Sacramentis, Baptismo, Cœna, &c. Hic liber vera falsis admixta habebat. Eum Cæsar diligenter perlegi, & qvid videatur de singulis utroqve parti, annotari, ac ad se referri jussit. In qvibusdam consensio facta est: in cæteris non. Igitur res tota ad futurum Concilium denuo fuit rejecta.

Anno

Anno CHRISTI

1544. LUTHERUS brevem & ultimam Confessionem edit de sacra Cœna.

1545. LUTHERUS librum emittit contra Pontificatum Romanum à Satana constitutum, & enarrationem Geneſis Mosaicæ absolvit, die 17, Novembris.

1546. Concilium Tridentinum inchoatur die 7. Januarii. Durat 18. Annos, semel atqve iterum interruptum, ac subinde denuo instauratum. (Alii initium constituunt 13. Decembris, Anno 1545.)

Inductum fuerat à Papa Paulo III. Anno 1542 Tridenti celebrandum: verùm qvia Protestantes in tale Concilium consentire, nec vellent, nec possent, qvod non legitimum satis liberumqve esset, qvodqve Papa in eo vellet esse Judex, simulqve varii interea exorirentur in Germania motus bellici, ideo retardatum fuit usqve ad Annum 1546.

Convenerunt autem Tridenti, prater Cardinales, Pontificis Legatos, & Tridentinum atqve Pachecum Hispanum, Archi-Episcopi qva-

quatuor: Episcopi triginta tres, & in his duo Galli, quinque Hispani, Illyricus unus, reliqui omnes Itali: Theologi Doctores Monachi 35. ex aliis verò, non monasticæ professionis, duodecim, plerique omnes Hispani.

Habita sunt primo illo Concilii Anno tantum quinque sessiones. In primis tribus sessionibus ferme saltem præparatoria quædam tractata fuerunt, inter eaque, præter lectionem Symbolorum OEcumenicorum, Orationis aliquot recitata, causque instituti hujus Concilii indicatæ tres: 1. ut hæreses extirpentur. 2. Ut Ecclesia disciplina restituatur. 3. Ut pax recuperetur. In sequentibus demum sessionibus dogmata Religionis tractari cœperunt.

Et quidem in prima sessione actum fuit de libris SS. Scripturæ Canonicis, nec non de vulgata versione sacræ Scripturæ, deque hujus interpretatione, item de traditionibus die 8. Aprilis.

In quinta sessione de peccato originali die 17. Junii.

Anno sequenti 1547. Tres saltem habitæ sunt sessiones & in prima (quæ in ordine est sexta) actum de libero arbitrio, de Justificatione, de fide, & bonis operibus: die 13. Januarii.

In altera sessione (quæ in ordine est septima) de Sacramentis in genere, item Baptismo & Confirmatione, die 3. Martii.

Ses-

Sessioni Tertia hujus Anni (qva octava est sub Paulo III. dies dictus erat 21. Aprilis. Celebrata tamen est 11. Martii, ibiqve decretum factum de translatione Concilii Bononiam. Judicabant enim Patres, aerem istius loci minus esse salubrem, metuendumqve hoc tempore aliqvid contagii. Idcirco maximam partem inde Bononiam concedebant.

Licet autem Cæsaris Episcopi ac Theologi Tridenti perseverarent: tamen ab eo tempore nulla amplius decreta in Religione facta sunt, neqve Tridenti, neqve Bononia toto triennio, usqve dum Anno 51. Sub Papa Julio III. Tridenti Concilium instauraretur, Patresqve qvi discesserant, eo revocarentur. Celebrata qvidem fuerunt Bononia interim dua sessiones, nimirum nona & decima, 21. Aprilis & 2. Junii, ejusdem Anno 1647. verùm prater prorogationem ipsarum sessionum nihil decretum fuit.

Interea temporis nata est Sphinx Augustana, qva dicitur INTERIM.

Anno igitur 1551. denuo Patres congregati sunt Tridenti: & undecima qvidem ac duodecima sessione, (qva sub Julio III, sunt prima & secunda Cal. Maji & Cal. Septembris) nihil in Religione tractatum fuit, qvòd nondum omnes Patres convenissent: Decima tertia autem sessione, die videlicet 11. Octobris) decreta facta sunt de Sacramento Eucharistiæ, de transsubstantiatione, de cultu & veneratione

hujus

hujus Sacramenti, de asservatione Sacramenti, &c.

Sessione decima quarta, die 25. Novembris, de penitentia & extrema unctione decreta conlita sunt.

Sessio decima quinta, (qua est quinta sub Julio III.) habita fuit die 25. Januarii, Anno 1552. Ubi de religione nihil tractatum.

Sessione decima sexta ejusdem Anni, die 28. Aprilis, (qua sexta est & ultima sub Julio III.) Concilium iterum, propter novos motus bellorum in Germania, per integrum biennium suspendendum esse Patres decreverunt: qui motus cum nec tunc quidem sedarentur penitus, ulterius prorogatum fuit Concilium usque ad Annum 1562. Interea Papa Julius III. fatis concesit.

Sessione decima septima, (qua prima est sub Pio IV.) Anno 1562, die 18. Januarii decretum factum est de continuando Concilio.

Sessione decima octava, die 26. Februarii, de extirpatione librorum hareticorum, itemque de omnibus ad Concilium fide publiba invitandis sancitum fuit.

Sessione decima nona, (qua est 3. sub Pio IV.) die 14. Maji decretum factum est de prorogandâ sessione ad diem usque 4. Junii.

Sessione vigesima, die 4. Junii, iterum alium sessioni futura dies decretus fuit.

Ses-

Sessione vigesima prima (qvæ est 5. sub Pio IV.) die 16. Julii, decreta facta sunt de Communione sub una vel utraq; specie.

Sessione vigesima secunda, die 17. Septembris doctrina de sacrificio Missæ stabilita est.

Sessione vigesima tertia, (qva septima est sub Pio IV.) die 15. Julii, Anno 1563. decreta facta sunt de sacramento ordinis.

Sessione vigesima qvarta, die 11. Novembris, Anno 1563. doctrina de Sacramento Matrimonii sancita fuit.

Sessione vigesima qvinta, (qvæ nova & ultima est sub Pio IV. qvaqve finis impositus est toti Concilio) *diebus 3. & 4. Decembris, Anno 1563. decreta facta sunt de purgatorio, de invocatione, veneratione & reliqviis sanctorum, de sacris Imaginibus, de Regularibus & Monialibus, de indulgentiis, de delectu ciborum, jejuniis, & diebus Festis, & de recipiendis observandisqve universis ac singulis Concilii hujus decretis sub pœna Excommunicationis.*

In hoc Concilio pleriqve Articuli noſtræ Religionis Lutheranæ damnati fuerunt.

Eodem Anno CHRISTI 1546. die 18. Februarii, manè circa horam tertiam D. MARTINUS Lu-

LUTHERUS maximus ille Theologus & verè Theodotos Islebiæ in patria mortuus: & qvatriduò posthumatus Witebergæ in templo arcis.

Hoc Anno Imperator Carolus V. cum Ratisponam venisset, & exercitus jam in inferiori Germania, in Italia & Hispania coivissent, die 20. Julii, Electorem Saxoniæ Johannem Fridericum & Philippum Landgravium Hassiæ proscribit: Saxo & Landgravius Carolo bellum indicunt, die 11. Augusti. Castra diu opposita habent ad Ingolstadium: Interim Mauritius Dux Saxoniæ cum Ferdinando ditionem Electoris invadit, & Electorem, ut relictis ad Danubium sociis sua defendat, cogit: militarunt contra Electorem in castris Caroli, Johannes Marchio, Brandeburgensis, Philippus Henrici Filius, Dux Brunsvvicensis, item Ericus & Georgius Brunsvvicenses, Johannes item Albertus & Georgius Fratres Megapolitani adolescentes.

Anno CHRISTI

1546. Mense Januarii & Februarii Colloqvium Ratisbonense II. habetur inter Malvendam Hispanum ejusqve socios Pontificios: & Bucerum, cui aduerunt Brentius, Georgius Major, Schnepfius, Vitus

Theodorus. & Johannes Piſtorius (tunc adhuc Lutheranus) diſputatum fuit de 4. Artic. Augſt. Confeſſ. nempe de Juſtificatione.

Anno CHRISTI

1547. Die 24. Aprilis, Dominica Miſericordias DOMINI JOH. FRID. Elector Saxoniæ, in prælio contra Cæſarem, capitur capitisqve damnatur: nihilominus; invictiſſimo animo puram Religionem unà cum vita retinet.

Hoc Anno Auguſtæ celebrata à Carolo Comitia fuerunt, & qvidem armata, poſtulatumqve fuit, ut proteſtantes Principes omnes Concilio Tridentino ſubſcriberent, qvod tamen iſti facturos ſe negarunt, petieruntqve, ut de alia pacis ineundæ ratione cogitetur.

1548. Auguſtæ juſſu Caroli à Julio Pflug / Michaele Helding, & Johanne Islebio liber conſcribitur de Religio-

ligione interim obſervanda, dum concilium legitimum inſtituatur.

Liber id nominis inde accepit, ut INTERIM appelletur: publicatus fuit 15. Maji, & omnibus Principibus ac Civitatibus, ab Imperatore obtruſus.

Exortum hinc eſt inter Theologos Auguſtanæ Confeſſioni addictos bellum adiaphoriſticum.

Articuli, de qvibus tractat, liber INTERIM ſunt circiter 26 nimirum: 1. de Conditione hominis ante lapſum. 2. De Conditione hominis lapſi. 3. De Redemptione per CHRISTUM DOMINUM. 4. De Juſtificatione. 5. De utilitate & fructibus Juſtificationis. 6. De modo, per qvem homo juſtificationem accipit. 7. De Charitate & bonis operibus. 8. De Fiducia remiſſionis peccatorum. 9. De Eccleſia. 10. De notis & ſignis Eccleſiæ veræ. 11. De authoritate & poteſtate Eccleſiæ. 12. De Miniſtris Eccleſiæ. 13. De Pontificè ſummo & Epiſcopis. 14. De Sacramentis in genere. 15. De Baptiſmo. 16. De Confirmatione. 17. De Sacramento Pœnitentiæ. 18. De Sacramento Euchariſtiæ.

Theodorus, & Johannes Piſtorius (tunc adhuc Lutheranus) diſputatum fuit de 4. Artic. Augſt. Confeſſ. nempe de Juſtificatione.

Anno CHRISTI

1547. Die 24. Aprilis, Dominica Miſericordias DOMINI JOH. FRID. Elector Saxoniæ, in prælio contra Cæſarem, capitur capitisqve damnatur: nihilominus; invictiſſimo animo puram Religionem unà cum vita retinet.

Hoc Anno Auguſtæ celebrata à Carolo Comitia fuerunt, & qvidem armata, poſtulatumqve fuit, ut proteſtantes Principes omnes Concilio Tridentino ſubſcriberent, qvod tamen iſti facturos ſe negarunt, petieruntqve, ut de alia pacis ineundæ ratione cogitetur.

1548. Auguſtæ juſſu Caroli à Julio Pflug / Michaele Helding, & Johanne Islebio liber conſcribitur de Religio-

ligione interim obſervanda, dum concilium legitimum inſtituatur.

Liber id nominis inde accepit, ut INTERIM appelletur: publicatus fuit 15. Maji, & omnibus Principibus ac Civitatibus, ab Imperatore obtruſus.

Exortum hinc eſt inter Theologos Auguſtanæ Confeſioni addictos bellum adiaphoriſticum.

Articuli, de qvibus tractat, liber INTERIM ſunt circiter 26 nimirum: 1. de Conditione hominis ante lapſum. 2. De Conditione hominis lapſi. 3. De Redemptione per CHRISTUM DOMINUM. 4. De Juſtificatione. 5. De utilitate & fructibus Juſtificationis. 6. De modo, per qvem homo juſtificationem accipit. 7. De Charitate & bonis operibus. 8. De Fiducia remiſſionis peccatorum. 9. De Eccleſia. 10. De notis & ſignis Eccleſiæ veræ. 11. De authoritate & poteſtate Eccleſiæ. 12. De Miniſtris Eccleſiæ. 13. De Pontifice ſummo & Epiſcopis. 14. De Sacramentis in genere. 15. De Baptiſmo. 16. De Confirmatione. 17. De Sacramento Pœnitentiæ. 18. De Sacramento Euchariſtiæ.

19. De sacra unctione. 20. De Sacramento Ordinis. 21. De Sacramento Matrimonii, 22. De Sacrificio Missæ. 23 De memoria sanctorum in altaris Sacrificio fieri consveta & de eorum intercessione inibi expedita & obiter de sanctorum invocatione. 24. De memoria defunctorum in CHRISTO. 25. De communione cum Sacrificio jungenda. 36. De Ceremoniis & usu Sacramentorum.

Observandum autem est, qvod tres illi Authores, libri INTERIM non fuerint prorsus unius sententiæ in negocio Religionis. *Michael* enim *Sidonius* (alias *Helding*) Moguntini Vicarius Episcopus acerrimus erat Papista.

ISLEBIUS Evangelii doctrinam profitebatur apud Electorem Brandenburgicum.

Pflugius Episcopus Numburgicus, à Mauritio in Episcopatum restitutus, videtur fuisse medius, ut qvi nec totam doctrinam Pontificiam probaret, nec totam rejiceret. Hinc factum est, ut dum alter alteri aliqvid concederet, falsa veris, & vera falsis in hoc libro Interimistico sint permixta. Interim extra dubium est, qvod Diabolus Ecclesiis Evangelicis hoc libro propinare voluerit sub melle blandissimorum sermonum totam Pontificiam Religionem.

Interimistæ enim illi multos crassos Pontificios errores silentio præterierunt & occultarunt, sed neqve eos abjecerunt aut damnarunt. Qvare multò fuerunt deteriores, qvem aperti Papistæ, qvi

qvi errores ſuos aperte profitentur, & defendere conantur. Itaqve docti & pio DEI zelo præditi Theologi Evangelici pasſim (non ſine periculo vitæ) INTERIM illud Auguſtanum publicis ſcriptis oppugnarunt & exibilarunt. Sed & Pontificii qvidam Theologi hoc Interimiſticum ſcriptum non approbârunt: Ideoqve tandem ab utraqve parte INTERIM fuit explosum & è medio ſublatum, ita ut hodie in Orbe Chriſtiano nulla ſit Eccleſia, qvæ interimiſticam illam fucatam Religionem amplectitur.

Inter catera vero inprimis hi graviſſimi errores Libro illo continentur. 1. Qvod in doctrina de Juſtificatione prorſus nullam fidei faciunt mentionem. 2. Ex remiſſione peccatorum & renovatione Spiritus Sancti Juſtitiam noſtram conſuunt, ita ut juſti conſtituamur ſimul remiſſione peccatorum gratuita & bonis noſtris operibus. 3. Deinde qvando de modo accipiendi juſtificationem loqvuntur iſti Interimiſta, aperte ſtatuunt, qvatenus charitas ad fidem & ſpem accedit, eatenus per juſtitiam inhærentem nos verè Juſtificari: & ſic charitatem ingredi Juſtificationem. 4. Bona opera ad ſalutem Juſtificati neceſſaria eſſe. 5. Opera ſupererogationis (qva Verbo DEI non ſunt mandata) commendari à Spiritu Sancto 6. Dubitandum eſſe de gratia DEI. 7. Ad veram Eccleſiam pertinere etiam Epiſcopos Pontificios. 8. Eccleſiam habere jus condendi Canones.

(nova dogmata.) 9. Ecclesiam in his terris opus habere summo aliquo & visibili Pontifice. 10. Septem numerant Sacramenta. 11. Infantes carere propria fide, baptisandos autem esse in fidem Ecclesiæ. 12. Per satisfactiones proprias tolli vel mitigari pœnas temporales. 13. In sacra Cœna panis ac vini substantiam in Corpus & Sanguinem CHRISTI mutari. 14. Etiam post manifestum adulterium admissum conjuges separari non debere, nisi duntaxat, quoad thorum & mensam. 15. Sacram Cœnam in Sacrificium transformant. 16. Sanctos pro nobis orare statuunt. 17. Nec non suis meritis nobis suffragari. 18. Orandum nobis etiam esse pro mortuis. 19. Veteres ceremonias retinendas esse, ut chrismæ in Baptismo, canonem Missæ, vestes Sacerdotum, candelas, vexilla, imagines, horas Canonicas, vigilias & exequias mortuorum, processiones, abstinentiam carnium, &c. Optandum esse, ut calibatus Sacerdotum retineatur, &c. 21. Veterum consuetudinem sub una specie communicandi non reprehendendam esse. 22. CHRISTUM in Sacramento adorandum esse. 23. Sacramentum semel consecratum, etiamsi asservetur diutius, tamen manere Corpus & Sanguinem CHRISTI, donec sumatur, &c.

Librum hunc pestilentissimum INTERIM, cum pleriqve Ordi-

Ordines Imperii, licet inviti, admitterent, factum est, ut multi sinceri Ecclesiæ Ministri à Magistratibus suis dimitterentur & exularent.

Per decretum enim ab Imperatore mandatum erat omnibus Ordinibus, ut Religionem secundum hunc librum in suis ditionibus constituerent, nec paterentur, ut ipsorum Theologi vel concionibus, vel scriptis librum illum oppugnent.

Elector tamen captivus, uti & ejusdem Filius, nec non alii nonnulli Principes & Civitates librum illum, magna constantia, licet non absque summo periculo, repudiarunt.

Hunc eundem librum Interimisticum Mauritius Dux Saxoniæ subditis suis recipiendum proposuit: conventum fuit primum Misseni, deinde Begæ, post Cellæ, mox Jnterboci ac tandem Lipsiæ, ubi conscripta fuit Formula Religionis, qvam Mauritii fines seqverentur omnes. Complexa ea fuit pleraqve decreta libri INTERIM, omnibusqve Ecclesiæ Ministris obtrusa fuit, non sine gravissimis comminationibus.

Inde controversia Adiaphoristica exorta sunt maximæ, dum alii sinceri & constantes Theologi (inter qvos erant Nicolaus Ambsdorfius, Nicolaus Gallus, Matthias Flacius Illyricus, &c.)

cus, &c.) decreta illa Lipsiensium ac Witebergensium Theologorum Adiaphoristica vehementissimi oppugnarunt. Utrinque per aliquot Annos publicis scriptis graviter dimicatum fuit, magno cum scandalo infirmorum & maximo cum gaudio Pontificiorum.

Interim supra dicto Anno 1548. dum alii Principes & Civitates in Religionis negotio nutarent, Electoris captivi Filii in urbe Jena Academiam constituerunt, in qva doctrina Evangelii sincere doceretur, die 15. Januarii, qvæ postea Anno 1558. solenniter introducta privilegiisqve à Ferdinando Imperatore ornata est.

Anno CHRISTI

1549. Cum Magdeburgenses librum Interimisticum recipere nollent, à Cæsare gravissimè ea re offenso proscribuntur. Seqventi Anno urbs Magdeburgica obsidione cingitur, qvæ duravit Anno integro & uno Mense.

Hoc Anno in Gallia Henricus II. Rex crudeliter persequitur Lutheranos.

Item, *Electores Pontificii omnes errores Pontificios, habita Synodo, de novo confirmant, neqve*

neqve ulla in parte veritatis Evangelicæ cedere volunt, omnesqve ceremonias Pontificias Clero suo & subditis rursus imponunt.

Habita etiam fuit hoc Anno Menſe Majo Oxoniæ in Anglia, à Petro Martyre, & ejus Academiæ Theologis diſputatio publica de ſacra Cœna, in qva transſubſtantiatio Papiſtica ſanè rejecta fuit, ex altera autem parte doctrinæ Calvinianæ ſemina jacta.

Anno CHRISTI

1550. Argentinæ exercitium Pontificiæ Relig. in qvibusdam templis reſtauratur.

In Gallia iterum ferro & igni ſævitur in Lutheranos.

Hoc Anno ad exitum Maji Carolus Imper. edictum ſeverisſimum promulgat contra Lutheranos in Belgio, qvorum conventus ſacros nec non colloqvia de Religione penitus prohibet, lectioneqve librorum LUTHERI ſub pœna gladii & ignis omnibus interdicit.

Menſe Auguſto celebrat Imperator Carolus Comitia Auguſta, iterum armata, in qvibus urget Concilium Tridentinum, cui vult, ut omnes ſe ſubmittant. Mauritius Elector contra proteſtatur, niſi de integro illud inchoetur, & Auguſtana Confeſſionis Theologi qvoqve audiantur, ſeqve Pontifex Concilio ſe ſubmittat, & Lutherani qvoqve decidendi poteſtatem habeant, &c.

Anno CHRISTI

1551. Georgius Major controversiam excitat de necessitate bonorum operum in justificatione.

Item Stancarus Mantuanus errorem spargit, quasi CHRISTUS esset Mediator noster tantum secundum humanam naturam.

Andreas Osiander verò (Noribergâ propter repudiatum librum Interimisticum expulsus) Regiomonti in Borussiâ controversiam movet, quasi CHRISTUS esset justitia nostra tantùm secundum divinam naturam, & quasi justificemur justitia DEI essentiali.

Hoc Anno jussu Mauritii Confessio Saxonicarum Ecclesiarum scribitur à Philippo Melanchthone, qua offerri debebat Concilio Tridentino, si Theologi Protestantes Tridentium venturi essent, quod Imperator maximè urgebat, & ipsi quoque Patres Concilii se sperare & vehementer expetere simulabant: Verùm quia salvum conductum ipsis non sufficienter cavebatur, Saxonici Theologi, inter quos erat Philippus Melanchthon, Norimbergâ, quo jam erant progressi, revocantur.

Conscripta quoque fuit mandato Principis Christophori Wirtenbergici, à Theologis Wirtenbergicis, autore Brentio, ejusdem generis Confessio, Tridentumque propter Legatos Principis missa & Concilio oblata: advenerunt paulò

post Theologi Wurtenbergici, & Argentinenſes, inter quos erat Brentius & D. Marpachius; petitum fuit, ut de partis utriusque voluntate judices idonei deligerentur, qui Theologorum actionem audirent, deque rebus controverſis legitimè cognoſcerent: neque enim Pontificem, qui nunc Rei partes ſuſtineat (propter falſam doctrinam, cujus convinci poſſit) debere ſibi judicandi partes ſumere: quæ etiam ſuperioribus Annis in hoc Concilio, abſentibus Proteſtantibus, decreta facta ſint, non poſſe vim legis obtinere, ſed inde ab initio repetenda eſſe omnia, propterea quod in iis decretis multa ſint ſacris literis contraria, quemadmodum demonſtari poſſit, ideoque omnia legitima cognitioni deferenda: (ea ipſa capita Scripto comprehenſa cum doctrina Confeſſione ſimul exhibebant Wurtenbergici) Verum tametſi hoc reſponſi acceperint Legati Wurtenbergici, ſuo tempore Patres, quid ſentiant, demonſtraturos: ſubindeque iisdem crebrius inſtantibus ſpes facta ſit actionis inſtituendæ, tamen (interveniente præſertim bellico impetu Mauritii contra Cæſarem) Theologi Proteſtantium nunquam ſunt admiſſi in Concilium, neque auditi ſunt à patribus, licet vehementer id peterent, & doctrinam ſuam publicè in Concilio defendere parati eſſent: quinimò hoc ipſo tempore in Concilio ſancitum fuit de prioribus decretis (in quibus tamen Noſtri multum

deſiderabant) prorſus nulla ratione mutandi: interim pro concione à Monacho quodam Dominicano Tridenti multa dictum erat, tollendos eſſe hæreticos igni, ferro, laqueo, & quocunque tandem modo, ſiquidem abſque majori aliquo diſpendio fieri poſſit atque tumultu, & fidem hæreticis non eſſe ſervandam: unde facilè eſt judicare, vanissimas fuiſſe pollicitationes Pontificis & Concilii, quaſi futurum eſſet, ut Proteſtantium Theologi in Concilio ſufficienter audirentur, & quaſi inter ipſos & Patres Concilii amica & familiaris inſtituenda eſſet ſententiarum collocatio; horum enim nihil patribus Concilii in mentem venerat: ſic igitur re infecta Theologis noſtris domum reverterendum fuit.

Anno CHRISTI

1552. Mauritius bellum infert Carolo ob non dimiſſum Landgravium, & qvod Religioni Proteſtantium, qvod promiſerat, pacem non daret. Ibi Joh. Friderícus Elector ex captivitate dimittitur die 19. Maji, ut & Landgravius die 4. Septembris & ſinceri Eccleſiæ Miniſtri ac Ludimoderatores Auguſtæ, unde à Cæſare, propter recuſationem Libri INTERIM, ejecti erant, reſtituuntur, & Evangelium docere jubentur.

Ec-

Eodem Anno Pax in Religione ſecunda datur, per transactionem Paſſavienſem, in qva pax amplectentibus & profitentibus Auguſtanam Confeſſionem promittitur; die 2. Auguſti: atqve ita INTERIM Religionis Formula expirat.

Hoc tempore Albertus Hardenbergius Paſtor Bremenſis Calviniſmum ſpargere, eodemqve Senatum & urbem Bremam inficere & ſic corrumpere illius loci Eccleſiam incipit; Cui ſe opponit Joachimus Weſtphalus Paſtor Eccleſiæ Hamburgenſis edito libello contra Sacramentarios: contra hunc ſcribit Johannes Calvinus, & tandem etiam Beza.

Anno CHRISTI

1553. Evangelica doctrina in Anglia aboletur & Pontificia reſtituitur per MARIAM Reginam Angliæ, Philippo Regi Hiſpaniæ deſponſatam.

Seqvitur gravissima persecutio Evangelicorum in Anglia per triennium.

Anno CHRISTI

1554. *Johannes Calvinus crebris ad Philippum Melanchthonem literis datis, hortatur eum, ut apertè & perspicuè sententiam suam de Cœna DOMINI (ad formam Calvinisticam) profiteatur, & ex Saxonia (Lutheranâ) alio se conferat.*

1555. Tertium Pax Religioni Augustanæ datur in Comitiis Augustanis, & publico Imperii decreto confirmatur, Cal. Octobris.

1556. Error synergisticus *in Saxonia & vicinis locis serpit, cujus Philippus Melanchthon in posterioribus suis scriptis fundamenta jecerat, statuendo tres esse causas conversionis, Spiritum Sanctum, Verbum, & voluntatem hominis etiam non renati. Non enim habebat hominis voluntatem pro subjecto & causa materiali, sed voluntati aliqvam vim agendi & applicandi se ad gratiam tribuebat. Cui adstipulabantur D. Georgius Major, & Victorinus Strigelius occæcati & fascinati authoritate Philippi.*

Anno

Anno CHRISTI

1557. Colloqvium Wormatiense II. habitum est, Mense Septembri, inter Pontificios & Lutheranos, de norma judicii in controversiis Religionis.

Collocuturos erant ex Pontificiorum parte, Michael Sidonius Episcopus Merseburg. Delphius Suffraganeus Argent. Canisius, Staphylus &c. ex parte Lutheranorum, Philippus Melanchthon, Erhardus Schnepfius, Brentius, Jacobus Runzius, Johannes Pistorius. Discessum est sine fructu, Pontificiis abrumpentibus hoc Colloqvium, sub praetextu dissensionis Theol. Protestantium propter causam Adiaphoristicam. &c.

Hoc Anno Johannes Lascus, nobilis Polonus, vir doctus atqve disertus, callidus & blandus Calvinista, doctrinam Calvinianam in Regnum Poloniæ introduxit.

1558. *Maria Regina Anglia moritur: succedit ei Soror Elisabetha, literis politioribus exculta, qva seqventi Anno Pontificiam Religionem ex Anglia Regno iterum profligavit, instaurata Religione Evangelica, (licet non undiqvaqve pura.)*

Anno

Anno CHRISTI

1559. Pax Religionis qvartùm datur & confirmatur in Comitiis Augustanis cum de Concilio OEcumenico & libero conveniri non posset.

Ubi qverelas instituerant Protestantes, qvod Pontificii hactenus in multis Transactionem Passaviensem violassent.

Petitum etiam denuo fuit (sicuti & antea aliqvoties factum) ut appendix illa Transactioni Passaviensi addita tolleretur, vel mitigaretur saltem, (qva sancitum erat, si ex Archi-Episcopis, Episcopis, Abbatibus, vel aliis personis Ecclesiasticis aliqvis Pontificiam Religionē deserere, & Augustanā Confessionem amplecti vellet, qvod tunc resignare deberet officia sua, unā cum proventibus annuis; in qvam appendicem Protestantes Principes ac Ordines nunqvam consenserant) concessā Autonomia, hoc est, ut Ecclesiastici etiam personis sine jactura sua dignitatis, officii & redituum diminutione liceret Augustanam Confessionem amplecti: sed à Cæsare ac Pontificiis impetrari nihil potuit.

Judi-

Judicarunt enim, talem permissionem cessuram ad Religionis Romanæ interitum. Dixerat enim quidam Princeps Pontificius, talem libertatem Religionis permittere Ecclesiasticis nihil aliud esse, quam novaculam acutam admovere gutturi Pontificiæ Religionis. Et Scriptores quidam Pontificii hanc Religionis libertatem seu Autonomiam publicis scriptis acerbissimis sunt insectati ab eo tempore: neque modò hanc Autonomiam, sed etiam totam illam Pacificationem Passaviensem & Augustanam vehementissimè oppugnarunt, inter alia dicentes: pacem illam Religionis partam fuisse armis: eam itaque armis iterum solvendam atque abolendam esse.

Hoc Anno gravissima persecutio ob Religionem exorta est in Gallia, sub Henrico II. jubentibus Pontificiis, atque ad id Regem impellentibus, ut omnes Lutherani flammis exurerentur. Combusti igitur sunt perquam multi, ita etiam ut plerisque linguæ resecarentur, ne ad Populum verba facere, Religionem suam confiteri, & alios ad deserendum Papatum hortari possent.

Anno CHRISTI

1560. Colloquium Heidelbergense habitum est.

Collocutores fuerunt D. Maximilianus Morlinus & M. Stosselius, (tunc adhuc Lutheranus) & ex altera parte Theologi Heidelbergen-

genſes, (inter qvos Clevicius) qvi Calviniſmum in Palatinatu ſi argere jamdum occeperant. Diſputatum fuit de Cœna DOMINI: ſed ſine fructu qvia paulò poſt Calviniſmus totum Palatinatum inundavit.

Eodem Anno 1560. Colloqvium Vinarienſe habitum.

Diſputatum fuit de peccato originali & libero arbitrio inter Matthiam Flacium & Victorinum Strigelium, Menſe Auguſto.

Anno CHRISTI

1561. Conventus Principum Proteſtantium Numburgi ad Salam habitus fuit die 20. Januarii.

Recognitum ibi authenticum exemplar Auguſtana Confeſſionis, & ab eo, qvod Philippus Melanchthon mutaverat, diſcretum.

Recuſatum etiam fuit Concilium Tridentinum, qvod tunc inſtituebatur denuò.

Eodem Anno Colloqvium Poſſiacenum in Gallia.

Præſens fuit Carolus IX. Rex Gallia: Collocuti ſunt Pontificii Theologi cum Calviniani, inter qvos Beza, Petrus Martyr, & Marloratus Materia fuit de Cœna DOMINI imprimis: ubi

ubi Beza aperte dixit: qvod ad ſpacia locorum attinet, Corpus CHRISTI tanto locorum intervallo à pane & vino ſacræ Cœnæ diſtare, qvantum cœlum à terra diſtat. *Item*, qvatenus fides res promiſſas facit præſentes, & vere Corpus & Sangvinem JESU CHRISTI accipit per virtutem SPIRITUS Sancti hoc modo confiteri ſe etiam præſentiam Corporis & Sangvinis ejus in Cœna: *qvam vocem Pontificii Prælati pedum ſtrepitu & murmure atqve fremitu exploſerunt. Poſtulatum etiam tunc fuit, ut Calviniani iſti Auguſt. Confeſſioni ſubſcriberent: id qvod recuſarunt.*

Eodem Anno 1561. Colloqvium Lünæburgenſe habitum.

Convenerunt Theologi inferioris Saxoniæ, Lubcenſes, Bremenſes, Hamburgenſes, Roſtochienſes, Magdeburgenſes, Brunſvicenſes, Lunebrgenſes & Wismarienſes. Diſputatum fuit 1. De Corpore doctrina. 2. De Damnatione Heterodoxorum. 3. De Jurisdictione Pontificis.

Hoc tempore ſubinde magis magisqve invaluit Calviniſmus in Germania.

Nam Theologi Witebergenſes & Lipſienſes veras Confeſſiones, & ſententias de ſacra Cœna proferebant, qvas, tanqvam cothurnos, Theologi ſinceri in Saxonia inferiore & in Thuringia

pia non probabant: inde graves ſimultates inter Germanicos Theologos Evangelicos exorta ſunt.

Inprimis Philippum Melanchthon Eccleſiis Germaniæ (nec non exoticis) multum damni dederat ſua ad Calviniſmum inclinatione ac pene defectione. Unde & Calviniani poſt mortem Philippi (qvæ incidit in Annum ſuperiorem 1560.) Epiſtolam qvandam Philippi publicis typis evulgarunt, qva ipſum Lutherum qvoqve tandem ad partes Calviniſtarum deflexiſſe ſcriptitárat. Qva impoſtura vel ex concionibus illis, qvas Lutherus paucis diebus ante mortem ſuam in Patria Islebia habuit, luculenter poteſt confutari. Emiſerunt etiam in Publicum Philippi Judicium, qvod ad Electorem Palatinum de re Sacramentaria (ſuper certamine Heshuſii & Clevitii) Anno 1559. miſerat, qvod cum eſſet ſatis ambiguum ac tantùm non aperte Calvinianum, factum eſt, ut multi eo vel ſeducerentur, vel in errore confirmarentur. Provocarat etiam dudum antè (Anno 1558.) ipſe Calvinus, in cauſa Sacramentaria, ad judicium Philippi, aſſerens, ſecum per omnia in hoc negocio Philippum idem prorſus ſentire.

Hoc Anno 1561. etiam in Tranſylvania Calviniſtæ pedem poſuerunt, & Eccleſias illas Evangelicas corruperunt.

Anno

Anno CHRISTI

1563. In Electoris Palatini ditione, præcipuè Heidelbergæ, Calviniſmus apertè receptus eſt.

Ibi Lutheri pius & ſincerus Catechiſmus explosus, & alius, totus Calviniſticus, in ejus locum ſubſtitutus eſt. Imagines è templis, unà cum altaribus remota, exorciſmus circa baptiſmum, unà cum aliquibus diebus feſtis, abrogatus.

1564. Colloqvium Maulbrunnenſe habitum.

Præſentes erant Elector Palatinus Fridericus III. & Chriſtophorus, Dux Würtenbergicus. Diſputatio fuit inter Heidelbergenſes Calviniſtas Boqvinum, D. Urſinum, D. Olevianum, &c. & Theologos Würtenbergicos, D. Brentium, D. Jac. Andreæ, D. Schnepfium, M. Balth. Bidembachium, &c. 1. De Majeſtate hominis CHRISTI, *imprimis* de ubiqvitate. *Et de Verbis Cœnæ, hoc eſt Corpus meum; an ea ſimpliciter, ut ſonant, accipienda? an verò figurata ſint, & interpretatione indigeant. Neutra pars ceſſit de ſua ſententia. Duravit colloqvium dies ſex.*

Hoc

Hoc Anno etiam Proteſtantes Principes ſcriptum ſolidum contra Tridentinum Concilium evulgant, (germanicè & latinè) in qvo multis argumentis firmisſime demonſtratur Concilium Tridentinum neqve pium, neqve legitimum, neqve liberum fuiſſe: ideoqve ſana conſcientiâ illud recipi non poſſe: Pontificem enim Romanum eſſe ipſisſimum Antichriſtum ab Apoſtolo Paulo, 2. Theſſ. 2. qvaſi digito monſtratum: & in Concilio illo ſtatui & defendi manifeſtos & horribiles errores cum expreſſo DEI verbo è diametro pugnantes.

Statim etiam poſt finitum Concilium Tridentinum D. Jacobi Andreæ decreta illius Synodi, brevi, ſed tamen ſolido ſcripto publico refutavit.

Secuta deinde eſt illius Concilii confutatio pleniſſima & graviſſima, per magnum illum Theologum D. Martinum Chemnitium adornata.

Anno CHRISTI

1566. Cum Elector Palatinus, Fridericus III. non modo à Calviniſmo non recederet, ſed eundem magis magisqve propagaret, & Maximilianus II. Imperator, (*qvi Patri Ferdinando Anno 1564. die 25. pie defuncto, in Imperio ſucceſſerat*) *ex Electoribus & Principibus Evangelicis ſeriò qværeret, an ſentirent, Religionem*

ab

ab Electore Palatino introductam esse Augustana Confessioni conformem? responderunt Electores & Principes: *Electoris Palatini Religionem cum Augustana Confessione non consentire.*

In fine hujus Anni Gotha & arx contigua Grimmenstein ab Electore Augusto obsidetur.

Anno CHRISTI

1567. *Gotha & arx Grimmenstein, die 13. Aprilis Imperatori deditur: supplicium de Grumbachio & Pontano sumitur die 18. Aprilis, & arx invito & multum deprecante Johanne Wilhelmo, solo aequatur.*

1568. Colloqvium Altenburgense habitum.

Concertarunt acerrime Theologi Misnici cum Thuringicis: 1. De Justificatione. 2. Libero arbitrio. 3. Adiaphoris. Occasio fuit, qvod tempore publicati INTERIM Witebergenses & Lipsienses Theologi Papistis plura concesserant, qvam oportebat: qvibus à Thuringiacis & aliis sinceris & constantibus Theologis contradicebatur. Inter Misnicos Theologos fuerunt: Paulus Eberus, D. Henricus Salmuth, D. Creutiger junior, &c. inter Thuringiacos: D. Wigandus, D. Calestinus, M. Christoph Irenaus, M. Bartholinus Rosinus, M. Timoth. Kirchnerus, &c. Rex acta suit scriptis: ideoqve multùm temporis fru-

frustrà consumtum; ita ut de uno Articulo Justificationis disputaretur à die 21. Octobris, usque ad 9. die Martii, Anni seq. Misnici Theologi perpetuò urserunt, bonorum operum præsentiam in Justificatione necessariam esse. *Thuringiaci id masculè contradixerunt. Tandem illi hos apud Electorem accusant, quasi à pace adeò essent alieni, ut nulla explicatione satisfieri sibi paterentur. Abruptum igitur est Colloquium: & offensio atque exacerbatio animorum magna secuta est inter Electorum Sax. Augustum, & Ducem Johannem Wilhelmum, qui Theologos Thuringiacos fovebat: quo defuncto, (Anno 1573. Elector Saxonia, Tutor pupillorum Theologos, Thuringiacos in exilium pellit, cupiens Thuringiacam Ecclesiam cum Witebergensi & Lipsiensi unire. Sed anno sequenti sententiam mutavit, cum suos Theologos Calvinismo studere animadverteret.*

Anno CHRISTI

1570. Adamus Neuserus, Pastor Heidelbergensis, ex Calvinismo prolapsus est in Arianismum: ex Arianismo in Turcismum, Constantinopoli circumcisus, & eques Turcici Imperatoris factus, in desperatione Turcica ad inferos descendit. Ante mortem suam D. Stephano Gerlachio referens, qva occasione in Arianismum & Turcismum incidisset, dixit: Qvi vult cavere Arianismum, caveat Calvinismum.

Anno

Anno CHRISTI

1571. Synodus Dresdensis celebratur ob Catechesin Wittebergensium Theologorum de Calvinismo suspectam.

Paulò antè ediderant illi scriptum Calvinianum sub titulo, Grundfest / *in quo alios sinceros Lutheranos, qui illorum Calvinismum improbabant, variorum errorum insimulabant, & eos* SACRAMENTARIOS *appellabant, quasi, qui non rectè de Sacramentis sentirent. Huic blasphemo VVittebergensium scripto Theologi Saxones aliud pium scriptum opponebant, sub titulo*, Wiederholet Bekäntnüß / *in quo Witebergensium Calvinistarum sophismata refutabant, & calumnias a piis Ecclesiarum Ministris removebant. Sequitur Catechumus Wittebergensis Calvinisticus: quem refutant Theologi Jenenses*, Wigandus, Heshusius, Cælestinus, Kirchnerus: *illi verò suum Catechismum defendere nituntur. Tandem igitur cœpit Elector Saxonia Augustus de sinceritate suorum Theologorum Wittebergensium dubitare, & eos Dresdam evocat (unâ cum multis aliis Theologis ac Superintendentibus) postulans ut perspicuam, & non ambiguam Confes-*

fessionem de Cœna DOMINI edant: illi conscribunt aliqvot pagellas, qvas Consensum Dresdensem vocant, Calvinistico veneno non carentes: qvibus Theologi Jenenses aliud scriptum opponunt.

(Theologi illi Wittebergenses tum temporis erant: D. Fridericus Widebramus, D. Casparus Cruciger, junior, D. Henricus Mollerus, D. Christophorus Pezelius.)

Hoc Anno 1571. habitum etiam est Colloqvium Argentinense.

Disputatum fuit de peccato originali (an sit Substantia vel Accidens) inter D. Jacobum Andreæ & Matthiam Flacium Illyricum. Usus & Flacius hoc Argumento: Qvicqvid inconforme est Legi DEI, id peccatum est, juxta illud: 1. Joh. 3. v. 4. Peccatum est anomia; sed tota hac corrupta natura humana & substantia post lapsum est inconformis Legi DEI: Ergò hac ipsa natura & substantia est peccatum. Respondit D. Jacobus: Qvicqvid simpliciter est inconforme Legi DEI, id peccatum est: sed humana natura non est simpliciter inconformis Legi DEI, secundum qvid, id est, ratione vitii inhærentis naturæ humanæ, &c. sed Flacius noluit cedere.

Anno

Anno CHRISTI

1571. Nuptiæ Parisienses Heinrici, Regis Navarræ celebratæ sunt, in qvibus horrendam lanienam contra Evangelicos Pontificii exercuerunt, Mense Augusto. *Trucidati sunt Parisiis circiter* 30000. *menstruo spacio: in toto autem Gallia regno plures* 100000. *religionis ergò occisi sunt.*

1574. Wittebergenses & Lipsienses Calvinistici Theologi librum in publicum emittunt Lipsiæ, cui titulum fecerunt, *Exegesis*: in qvo scripto collegerunt totum Calvinismum, qvoad Articulos de Cœna DOMINI, & de Persona CHRISTI.

Hanc pestiferam Exegesin Calvinisticam refutarunt Wigandus & Heshusius, ostensis fraudibus & technis Witebergensium Theologorum, & Calvinistica doctrina impietate in lucem producta.

Hoc Anno 1574. Conventus Torgensis super Controversia Sacramentaria institutus est.

Elector enim Saxonia Augustus, cùm à præcipuis aliqvot Theologis & viris politicis de Sacramentariorum Wittebergensium dolis admonitus esset, magis magisq; eorum conatus nefarios agnovit. Et ut Ecclesias & Scholas suas

à Calviniſmo præſervaret, Ordinum Saxonicorum ſua ditionis conſilio Conventum Theologorum ſuorum Torgæ inſtituit, eisque Articulos Affirmativos (numero 10.) & Negativos (numero 20.) (de ſacra Cœna) proponit, ad quos candidè & categoricè, affirmando & negando reſpondere) jubebantur. Illis Articulis Calviniſtæ Wittebergenſes ſubſcribere juſſi diu tergiverſati ſunt: tandem non ſine dolo ſubſcripſerunt; & paulo poſt ex Electoris ditione ejecti ſunt.

Anno CHRISTI

1575. Colloqvium Lindavienſe habitum.

Diſputatum fuit de peccato originali inter D. Jacobum Andreæ, & duos Concionatores Eccleſiæ Lindavienſis, Tobiam Rupium & Sebaldum Scheſſerum errore Flacii infectos. Materia igitur iſtius Colloqvii fuit de peccato originali: An ſit ſubſtantia vel accidens. Attulit inter cætera Jacobus Andreæ hoc Argumentum: opus DEI nunqvam poteſt eſſe opus Diaboli.

Natura noſtra, qva conſtat corpore & anima, eſt opus DEI: Originale peccatum autem eſt opus Diaboli: Ergo impoſſibile eſt, ut hominis natura propriè ſit peccatum originis. Ut enim DEUS non poteſt fieri Diabolus: ita natu-

natura humana non potest esse proprie peccatum originale. Rupius respondit, esse ignorationem Elenchi: cumque videri vellet Dialectica satis penitus, D. Jacobus inter catera quæsivit ex ipso, Consul in quo prædicamento? Ubi respondens Rupius, in Prad. substantia, derisus est. Cumque uuter rectius sentientibus cedere vellet, Senatus Lindavienſis utrumque ab officio removit.

1576. Colloqvium Maulbrunnense II. habitum, Mense Februarii.

Conveniunt ibi duæ Theologi Würtenbergenſes, duo Hennebergenſes & unus à Marchione Badenſi missus. Hi perlegunt & expendunt scriptum quoddam à M. Balthasaro Bidembachio, & D. Luca Osiandro adornatum de controversiis, qva hactenus à tempore INTERIM) (inter Theologos Augustana Confessionis invalverant sopiendis ac tollendis. In hoc scripto fundamenta jacta fuerunt libri Christiana Concordiæ, & hoc ipsum postmodò Electori Augusto missum est. Is eodem tempore suos Theologos in arce Lichtenberg *ad Albim convocarat, (interqvos erant D. Salmuth, D. Paulus Crellius, D. Hardenus, D. Selneccerus, D. Mirus, &c. ut de modo sancienda Concordiæ deliberaretur.*

Eodem Anno 1576. Conventus Torgensis II. instituitur; Mense Junio: *ubi scriptum Wurtenbergensium approbatum, & addita uberiori declaratione ac confirmatione, ipse LIBER CONCORDIÆ inde extructus & adornatus est, communi opera & studio Theologorum, D. Andreæ Musculi, D. Christophori Corneri, D. Jacobi Andreæ, D. Chytrei, D. Chemnitii, D. Maximil. Morlini, D. Selnecceri, D. Miri, D. Harderi, &c.*

Anno 1577. M. Martino habitus fuit Conventus Theologorum Bergensis, in Cœnobio ante Magdeburgam, ubi (*sex Theologi, D. Jacobus Andr. D. Musculus, D. Cornerus, D. Selneccerus, D. Chemnitius, D. Chytraus*) *legendo cognoscebant censuras & judicia aliorum Theologorum de Libro Concordiæ, deque iisdem ad Elect. Sax. referebant.*

Anno CHRISTI

1578. M. Martino, Tangermundi convenerunt Theologi Autores Libri Concordiæ, propter examen censurarum earumque refutationem.

Eodem Anno & Mense habita item fuit disputatio Langensaltzæ inter Theologos Saxonicos & & Hassiacos de Libro Concordiæ, cujus doctrina nullius erroris in Conventu illo convinci potuit.

Eodem

Eodem Anno 1578. M. Augusto, Hertzbergense Colloqvium habitum est, propter Theologos Anhaltinos, qvi subscriptionem Libri Concordiæ recusabant, inter qvos erat primarius, Wolffgangus Amlingus. *Disputatum fuit: 1. De Causis Conversionis. 2. De Justificatione: 3. De definitione Evangelii 4. De Cœna DOMINI. 5. De Persona CHRISTI. Theologi Electorales, inter qvos D. Jacobus Andreæ, D. Chemnitius, D. Selneccerus, &c. erant, eos refutarunt.*

Anno CHRISTI

1580. Tandem liber Christianæ Concordiæ (posteaqvam multorum censuras sustinuisset ac vicisset,) in lucem editus est, *Dresdæ & Tubingæ impressum: subscriptus non tantum à Theologis & Ludimoderatoribus, ultra* 8000. *sed & ab ipsis Electoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus, & Imperialium Civitatum Consulibus.*

1581. Prodierunt in lucem scripta Calvinistarum & Flacianorum contra Librum Concordiæ.

Anno CHRISTI

1582. Erphordiæ convenerunt Theologi D. Kirchnerus, D. Selneccerus, & D. Chemnitius, & scripserunt Apologiam Libri Concordiæ, contra Calvinianos, &c.

Eodem Anno Papa Gregorius XIII. promulgat novum Calendarium, istudqve omnibus Christianis sub pœna excommunicationis recipiendum mandabat. Evangelici autem ordines pleriqve istud repudiarunt, cum authoritatem & Dominium Pontificis Rom. non agnoscant.

1583. Colloqvium Qvedlinburgense habitum.

Deficiebant qvidam Theologi à Libro Concordiæ, inter qvos D. Tilemannus Heshusius, & D. Daniel Hoffmannus, *negando doctrinam de omnipræsentia CHRISTI hominis, &c. Contra qvos disputarunt ibi* D. Kirchnerus, D. Selneccerus, D. Polycarpus Lyserus, &c. *Verum illi in sua sententia perstiterunt.*

1584. Disputatio Heidelbergæ habita fuit inter sinceros Ecclesiæ Ministros & D. Jacobum Grynæum Calvinianum, de Cœna DOMINI.

1589. Colloqvium Mompelgardense: *inter Jac, Andreæ & Theod. Bezam.*

Disp.

Disputatum fuit: De Cœna DOMINI. 2. De Persona CHRISTI. 3. De Imaginibus. 4. De Baptismo. 5. De Prædestinatione.

Anno CHRISTI

1589. Colloqvium Badense II. celebratum. Inter D. Jacobum Andreæ, & D. Pistorium Apostatam: de Ecclesia.

1591. *Bellum Sacramentarium exortum de Exorcismo, in Electoratu Saxonico.*

1592. *D. Samuel Huberus incipit errorem suum spargere de universali Electione. Contra eum Colloqvia distincta habita sunt Witteberga, Ratisbona, Tubinga, Torga, Anno 1594. &c. per Theologos: D. Polycarpum Lyserum, D. Hunnium, D. Gesnerum, D. Heilbrunnerum, &c.*

Eodem Anno instituitur Visitatio Saxonica Electoralis contra Calvinianos, propositis iis 4. Articulis: 1. De Cœna DOMINI. 2. De Persona CHRISTI. 3. De Baptismo. 4. De Prædestinatione.

1594. *Faustus Socinus errores horrendos ex Orco revocatos publicis scriptis disseminare accepit, qvibus secundam & tertiam Personam S S. TRINITATIS oppugnat, & inter cætera satisfactionem CHRISTI prorsus negat.* Huic

succenturiantur Christophorus Osterodus *patria Goslariensis*, Valentin. Schmalcius *Gothanus*) *qui Anno* 1608. *Photinianum seu Arrianiticum novum Catechismum in publicum edere, & Academia Wittebergensi inscribere ac dicare ausus est*) *& alii, quos Photinianos & Nearrianos vocamus, quibus nostri sinceri Theologi publicis scriptis sese opposuerunt, &c.*

Anno CHRISTI

1595. Colloqvium Keysmarcense *in Hungaria habitum inter* D. Albertum Gravverum *Theol. Lutheranum, & tum temporis Professorem in Gymnasio Neerensi & Sebastianum Lanium Pastorem Keysmarcensem Calvinianum, de Persona* CHRISTI, *præcipuè de ubiqvitate seu omnipræsentia ejus, &c.*

1596. *In ditione Anhaldina certamen Sacramentarium exoritur, propter abrogationem exorcismi, imaginum, Altarium, & reliqvarum Ceremoniarum, (uti & ipsius doctrinæ) mutationem. Scriptis pugnatur à Wittebergensibus contra Anhaldinos: sed his suppetias ferunt Ambergenses, &c. Durat certamen ultra Annos qvatuor.*

Anno

Anno CHRISTI

1597. *Mense Novembri Synodus Leutschovienſis habita in Hungaria, cui etiam interfuit D. Gravverus: ubi authoritas Libri Concordiæ contra Calvinianos aſſerta fuit.*

In Academia Helmſtadiana gravissima contertatio oritur inter D. Danielem Hoffmannum, *& Philoſophos. Defendere conabatur D Hoffmannus iſtud paradoxum, qvod Philoſophia, per ſe, in vero ſuo uſu, pugnet cum Theologia.*

Diſputatum fuit Acriter ea de re per aliqvot Annos: ſed tandem Hoffmannus causâ cecidit, & errorem ſuum agnovit ac revocavit publicè die 7. Martii, Anno 1601. Helmſtadii.

1600. Colloqvium Lipſienſe *inter Theol. Wittenberg. & Lipſ. de confutatione libri Staſſordienſi, qvem Marchio Badenſis in lucem ediderat contra librum Concordiæ.*

Eodem Anno perſecutio Miniſtrorum Evangelii, in Styria recruduit, qvæ ante Annum invaluerat, autoribus Jeſuitis.

1601. Colloqvium Ratisbonenſe habitum. *Diſputatum fuit de Judice & norma controverſiarum Religionis inter D. Jacobum Heilbrunn. & D. Hunnium, &c.*

& Alb. Hungerum, Jacobum Grezerum, Adamum Tannerum.

Anno CHRISTI

1604. Colloqvium Schochvvitzienſe *inter* D. Gravverum, & M. Wolfgangum Amlingum *habitum in arce* Schochwitz/ *Menſe Februario, de qvibusdam dictis ſacræ Scripturæ à Calvino malè explicatis, item de fide infantum, & de communicatione Majeſtatis, &c.*

1605. Reformatio Eccleſiarum Haſſiacarum. *Tumultus ſuboritur Marburgi. Abrogatur uſitata diviſio Decalogi: exturbantur imagines & ſtatuæ ex templis: fractio panis in adminiſtratione Cœnæ introducitur. &c. qva occaſione nova Academia Gieſſa inſtituitur, Anno 1607. depugnatur deinceps vehementiſſime inter Theologos & Philoſophos utriusqve Academiæ, Gieſſenſis & Marpurgenſis ſuper controverſiis illis Eccleſiaſticis, &c.*

1607. Donavverda *à Duce Bavarico armis occupatur: & Pontificia Religio in illam civitatem denuò per vim introducitur.*

1609. Bohemis *libertas religionis conceditur. Academia Lutherana Pragæ inſtauratur, &c.*

1610. D. Conradus Vorſtius, *in Academia Leidenſi nova ac portentoſa dogmata publicè*

cè proponere ac defendere cæpit de natura DEI, qvasi hæc non sit in se infinita, sed tantum respectu nostri infinita dicatur; item qvasi unaqvaqve hypostasis in divinis peculiarem essentiam habeat, &c. item, DEUM in se non esse æternum, non impassibilem, &c.

Anno CHRISTI

1615. Colloqvium Neuburgense *inter D. Jacobum Heilbrunnerum, & Jacobum Kellerum Jesuitam, Mense Junio, super allegatis Patrum à D. Heilbrunnero in libro suo, cui titulum fecerat,* unkatholisch Bapstthum / *adhibitis. Coincidit defectio Palatini Wolffg. Wilhelmi à Religione Lutherana ad Pontificiam sanè tristissima.*

1618. Synodus Dordracensis *in Belgio celebrata. Inter Theologos illarum provinciarum controversia exorta: 1. De Prædestinatione. 2. De Morte & Satisfactione CHRISTI. 3. De Origine Fidei. 4. De Impedimento Fidei. 5. De Perseverantia. Calviniana Religioni primùm addicti fuerunt isti Theologi plerique: Deinde verò in duas sectas divisi sunt, qvarum altera Remonstrantium nomen accepit, altera Contra-Remonstrantium: illi ab absoluto prædestinationis decreto*

ceperunt abhorrere, & sic qvodammodo à Religione Calviniana deficere: isti vero absolutum suum decretum tueri pergunt, &c.

Et sit desinit qvarta & ultima qvoqve Periodus Ecclesiæ Novi Testamenti, scilicet à Reformatione LUTHERI usqve ad hæc nostra tempora.

De Regnis, Electoratibus, Ducatibus, ac cæteris Dynastiis, qva sub hac Periodo, qvinimò sub tota Monarchia qvarta floruerunt, vel etiam ceperunt, & varias mutationes subierunt, qvalia sunt Regna Asiæ, Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, Svecia, Poloniæ, Daniæ, Ungariæ, Bohemiæ, &c. Electoratus item Palatinus, Saxonicus, Brandeburgicus, &c. nihil attinet hîc pluribus agere. Viri etiam clari, qvi sub hac qvarta Periodo Ecclesiæ Novi Testamenti vixerunt, propter recentem sui memoriam satis noti sunt, inter qvos (ex Theologis sinceris, post Megalandrum Lutherum,) qvi vitam hanc cum immortali jamdudum commutarunt, facilè primas obtinent, Brentius, Heerbrandus, Hunnius, Chemnitius, Mylius, Polycarpus, Gesnerus, Rungius, Hutterus, Shilderus, Harbartus, Beccerus, Reudenius, Mulmannus, Helvicus, Grunerus, Forsterus, &c. & noster Gravverus, qvem licet ultimo loco nominem, non tamen ultima gloria manet, qvi in Confessione verè Lutherana Religionis usqve ad ultimum

mum vita ſpiritum per DEI gratiam conſtanter perſeveravit, (qvicqvid etiam calumniatorum proterva colluvies contra ſpiret atqve eructet) cujus egregia ſcripta, qvibus & Pontificios, & Calvinianos, nec non Photinianos validiſſimè oppugnavit ac debellavit, in luce poſita ſunt, adverſus qva, vivente Gravvero (qvin & in hunc usqve diem) nemo hiſcere auſus fuit: hos, inqvam, magnos viros, pra cateris (qvos non, excludo) ſeculo iſthoc habuimus; ſed habuimus!

FINIS INDICIS HISTORIAE ECCLESIASTICAE.

SUPPLEMENTUM.

Indiculi Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, excerptum.

è THEATRO HISTORICO M. WILHELMI STRATEMANNI,

usqve ad Annum 1680.

Adjectis paucis, qva notantur aſteriſco. *

Anno CHRISTI

1621. Academia Rintelenſis ſolenniter introducitur ab Erneſto Duce Holſatiæ, qvi ſub initium Anni ſeqventis obiit.

Jacobus Reihingius D. Pontificius orthodoxam religionem amplexus Tubingam ſe confert.

Anno

Anno CHRISTI

1622. Academia Pragenſis à Ferdinando Imperatore Jeſuitis traditur.

Marcus Antonius de Dominis Archi-Epiſcopus Spalatinus ex Anglia Romam reverſus, in carcerem conjicitur, qvippe ingrata ejus palinodia.

1623. Ferdinandus II. Imperator Fridericum Palatinum dignitate Electorali exauctorat, eamqve in Maximilianum Bavariæ Ducem transfert. Saxone Brandeburgico & Moguntino Electoribus diſſentientibus. Ita in Comitiis Electoralibus Proteſtantium Electorum auctoritati multum eſt detractum.

Novæ hæreſes in Hiſpania occiſis authoribus opprimuntur.

1624. Conventus Theologorum Saxonicorū habitus ob Controverſiam Theologorum Gieſſenſium & Tubingenſium, qvi *inter alia de hiſce punctis diſceptabant.*

1. *An* JESUS CHRISTUS *ſecundum utramqve naturam, an verò ſecundum humanam*

nam tantum se exinaniverit? Prius Tubingenses, posterius vero Giessenses affirmant.

2. Quid propriè sit exinanitio? an vera & realis, voluntaria tamen plenarii & incessantis exercitii ἀυχ ημάτων divinorum usque ad statum Exaltationis durans abdicatio? vel an fuerit duntaxat universalis dominii, plenarie quanquam latenter exercitii occultatio? Prius Giessenses Menzerus, Fevvrbornius, &c. Posterius Tubingenses, Theodorus Thummius, &c. affirmabant.

Ordo equitum S. Militiæ, ab Althano Comite institutus, Per Urbanum II. confirmatur.

Anno CHRISTI

1625. Ministri Augustanæ Confessionis ex superiori Austria ejiciuntur Mense Septembris.

A Pontificiis in Religione dissentientes severo edicto Pragâ migrare jubentur.

Norberti Archi-Episcopi ossa Magdeburgo Pragam deferuntur.

1627. Augustanæ Confessionis Ministri ex Austriâ inferiori in exilium mittuntur.

Religio LUTHERANA restituitur in ditione Schmalcaldensi Hassorum.

1628. Johannes Georgius I. Elector Saxoniæ suis injungit Theologis, ut respondeant illis Pontificiis, qvi præcedentibus Annis suis scriptis disputaverunt, doctrinam hodier-

diernarum Academicarum & Ecclesiarum Protestantium dissentire ab Augustanâ Confessione Anno 1530. Carolo V. exhihita; itaqve Principes Protestantes ac status hodiernos non esse Pacis religiosæ participes, qvippe cujus fundamentum sit Augustana Confessio.

Theologi Saxonici hoc Anno respondent istis seditiosis hominibus, opponendo eis Scriptum Germanicum, scil. S. Rom. Imp. pupillam, germanicè Augapffel. Hunc libellum Adversarii postea allatrabant, in eumqve crudeles calumnias evomebant. His eruditè & graviter respondebant Theologi Electorales Saxonici publicando scriptum 1630. sub hoc titulo, Haupt-Vertheidigung/ꝛc.

Anno CHRISTI

1629. Cæsar Ecclesiasticorum impulsu edictum publicum promulgat de restituendis bonis omnibus Ecclesiasticis post Pacificationem Passavienſem à Protestantibus Principibus occupatis.

Hoc

Hoc edictum quidam Protestantes Principes, qui hactenus Cæsari adhæserant, inprimis Elector Saxoniæ, improbarunt.

Caterùm post publicationem hujus edicti statim adversarii ejus initium fecerunt in civitate Augustana, in qua Anno eodem Evangelicorum templa occludebant, animarum pastores, & juventutis informatores in exilium pellebant. Deinde in Ducatum Würtenbergicum irruebant, ex Xenodochiis pauperes, cæcos, mutilos expellebant, & monachos intrudebant. Postea in inferiore Saxonia nidulos passim faciebant, &c.

Conventus instituitur Kitzingæ, Joh. Brandenburgici pignoris nexu solutæ, in qvo Episcopo Würtzburgico illa civitas cum adjacentibus adjudicatur introducta Religione Pontificia.

Anno CHRISTI

1630. Lutherani Jubilæum Festum celebrant 25. 26. 27. Junii, & pro oblatâ & conservatâ Augustanæ Confessionis Religione DEO gratias agunt.

1631. Die 6. Februarii, Johannes Georgius primus Elector Saxoniæ Lipsiam convocat Protestantes Principes, & reliqvos Status,

tus, & cum illis deliberat de legitima defensione (de armis defensivis, non offensivis) cum Cæsar per publicum edictum à Protestantibus restitutionem Bonorum Ecclesiasticorum vehementer urgeret, illa ab ipsorum Scholis, templis, Academiis, Xenodochiis auferret, etiam Augustum filium Electoris Episcopatu Hallensi & Magdeburgensi exuere, & utriqve suum filium Leopoldum Wilhelmum præficere vellet.

Mense Martio Colloqvium Lipsiense institutum est, *inter Theologos Saxonicos Electorales, D. Matthiam Hoë, nobilem Austriacum, Electoris Saxoniæ Concionatorem Aulicum, D. Polycarpum Lyserum, Heinricum Hopffnerum, & inter Theologos Brandeburgicos & Hassiacos D. Johannem Bergium, D. Johannem Gretium, & Theophilum Neubergerum. Hi Theologi in privatâ collatione circa præjudicium aliarum Ecclesiarum tentarunt, an controversia inter Ecclesias Protestantium integro jam seculo agitata si non planè componi, tamen aliqvomodo minui possent. Verum in hoc Colloqvio nihil effecerunt.*

Anno CHRISTI

1635. Elector Saxoniæ ob cladem Nordlingensem aliaqve pacem cum Cæsare Pragæ initi

iniit hac conditione, ut religionis & sacrorum libertas talis, qvalis Anno hujus seculi 27, die 12. Novembris data, in Imperio Germaniæ maneret. Hæc dicitur Pacificatio Pragensis.

Anno CHRISTI

1638. Glasgvæ in Scotia celebratur Synodus adversus Episcopos Angliæ & Scotiæ, Episcopis ut reis exclusis.

In illâ damnantur codex novus Liturgiarum seu communium precationum, & qvinqve ceremonia; ut 1. *Genuflexio in sacra Cœna.* 2. *Celebratio qvinqve Festorum, Nativitatis, Passionis, Resurrectionis, Ascensionis CHRISTI, Pentecostes.* 3. *Baptismus privatus.* 4. *Cœna privata, &* 5. *Confirmatio Pastorum ad ritum Anglicanum.*

1644. Uladislaus IV. Poloniæ Rex Synodum pro componendo Religionis disfidio inter Pontificios, Lutheranos & Reformatos Thorunii in Borussia indicit. Hæc in Annum seqventem differtur.

1645. Colloqvium Thorunienſe in Borussiâ habitum.

Collo-

Collocutores ex parte Lutheranorum præcipui fuerunt D. Johannes Hülsemannus, Theologus Wittebergensis, hodie Lipsiensis, qui etiam Director fuit Confessus Augustanorum, D. Abrahamus Calovius, Gymnasii Dantiscani Rector, hodie Academiæ Wittebergensis Professor & Superintendens, & D. Johannes Botsaccus, primum Gymnasii Dantiscani Rector, tunc Pastor Dantiscanus Primarius. Ex parte Reformatorum præcipuus fuit Johannes Bergius, Ecclesiastes Brandeburgicus: Cui se Comitem adjunxit D. Georgius Calixtus, Theologus Helmstadiensis, sed cum illa protestatione, se in materiâ Sacramentaria, in loco de prædestinatione, & aliis doctrinæ capitibus non facere cum Reformatis, verum in communi causa contra Pontificios. Ex his in hoc Colloquio primas tenuit Matthias Labinski, Archi-Episcopus Gnesnensis.

Cùm jam qvalibet pars juberetur fidem suam exhibere, D. Hülsemannus dixit, fidem nostræ Ecclesiæ exstare in qvinqve libris nostris Symbolicis: 1. In Augustana Confessione invariata. 2. In Apologia ejusdem. 3. In Articulis Schmalcaldicis. 4. In Catechismis Lutheri, & denique. 5. in Formula Concordiæ. Pontificii suam in unico Tridentino, qvod sit omnium Conciliorum egregium compendium: simul etiam à nostris poposcerunt, ut & ipsi in una Augustana Confessione acqviescerent. Reformati

mati fidem suam etiam extare dixerunt in Augustana Confessione sive invariata, sive repetita, aut emendata: has duas enim Confessiones non discrepare, nisi verbis tantum. Contra quod D. Hülsemannus protestatus est.

Caterùm integrum Colloqvium 36. sessionibus absolvitur, qvamvis ad rem ipsam nondum fuerit perventum, sed re infecta tandem discessum.

Anno CHRISTI

* 1646. Habita fuit Regiomonti Disputatio auctore & respondente Johanne Latermanno, tum Magistro, postea Doctore Theologiæ de Prædestinatione. Eam non tantum vivâ voce, cum haberetur publicè, D. Cœlestinus Myslenta, ut compluribus novitatibus refertam, acriter oppugnavit, sed & orthodoxa pasim per Germaniam Theologorum Collegia, ad qvæ provocatum fuerat, scriptis censuris confoderunt. Sed cum eam nihilominus præter Latermannum Extraordinarii Academiæ Regiomontanæ Theologi D. Michael Behm, & D. Christianus Drejer defenderent, per Annos Aliqvot inseqventes infelicissimæ turbæ dictam Academiam exercucrunt.

* Han-

* Hauſerat ſua dogmata Latermannus Helmſtadii à D. Calixto, Theologo auctoritatis apud ſuos primariæ. Unde factum eſt, ut Helmſtadienſes qvoqve hic certaminibus implicarentur & in diu jam ſuſpectos apertæ caſtigationes expedirentur. Nam & D. Conr. Hornejus phraſin ab Eccleſiis noſtris jam ſuperiore ſeculo in Georgio Majore damnatam: *Bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem æternam*, denuo incruſtabat: & D. Calixtus negabat, tum myſterium Sacroſanctæ TRINITATIS è ſolo Vetere Teſtamento ſolidè poſſe evinci: cum patribus ejus temporis FILIUM DEI in propriâ hypoſtaſi apparuiſſe. Neuter verò videbatur adverſus Pontificios atqve Calvinianos ſectarios ſatis Zeli habere. Qvare in eos Dd. Jacobus Wellerus Dresdæ, Hülſemannus Lipſiæ, Calovius & Scharfius Wittebergæ, Argentorati Dorſcheus, alii alibi graviſſimè ſcripſerunt: in Calixtum præcipuè. Nam Hornejanam Controverſiam mors auctoris, qvi Septembri Menſe Anno 1649. fato functus eſt, celerius abrupit. Calixtus, in cujus libris compluſcula minus ſana notabantur, usqve ad Annum 1656. ſuperfuit.

Anno CHRISTI

1648. Pax diu deſiderata Germaniæ redditur Oſnaburgi.

* *Hac*

* *Hac Pacificatio Pragensem illam Anni 1635. ut universalis particularem absorpsit, Transactionem verò superioris seculi Passaviensem ad Calvinianos qvoqve extendit: Inter alia item Electoratum, qvi à Friderico Palatino in Maximilianum Bavarum translatus fuerat, Filio Palatini restituit, sic tamen, ut Bavaro Elect. dignitas non adimeretur. Qvo pacto pro septem Electoribus in Romano imperio octo existere cœperunt.*

Anno CHRISTI.

1655. Christina Regina Svetiæ, cum Anno præcedente Regnum abdicasset, deficit à Lutheranâ ad Religionem Pontificiam Mense Octobri, ætatis Anno 29.

*Eodem hoc Anno prodiit sacerrimus liber de Præadamitis, cujus autorem postea constitit Peyrerium qvendam fuisse, Gallum natione, erraticæ vidæ hominem, qvi horrendum hoc monstrum jam diu parturierat. Liber ipse cinnum qvendam teterrimarum hæresium, veterum novarum, continebat, qvas omnes huic Hypothesi inter Christianos inauditæ superstruxerat: Adamum neqvaqvam fuisse vel primum humani generis vel solum Parentem, sub vastissimis ante eum seculis innumeram hominum multitudinem, qvorum etiamnum duret super hoc orbe posteritas, coluisse. In hunc sensum impudentissimus scriptor etiam sacri codicis dicta contor-

qvebat. Nugas, errores. blaſphemias ejus Anno proximo præter alios Danhauerus, Micrælius, & utroqve prior Johannes Heinricus Urſinus orbi detexerunt.

Anno CHRISTI.

1656. Iſaacus Pererius libri de Præadamitis auctor Bruxellis carceri mancipatur, ejurat errorem & amplectitur doctrinam Romano-Catholicam 1657. Veneti recipiunt Jeſuitas.

Anno CHRISTI.

1661. Colloqvium Caſſellanum juſſu & auctoritate Wilhelmi Haſſiæ Landgravii inter Theologos Marpurgenſes D. Sebaſt. Curtium & D. Joh. Heinſium, & inter Rintelenſes D. Pet. Muſeum & D. Joh. Heinichium inſtituitur, & controvertitur 1. de Euchariſtia, 2. de Prædeſtinatione & reprobatione. 3. de Perſona Chriſti & 4. de Baptiſmo. Reformati in Gallia privantur ſacris ædibus.

Anno CHRISTI.

1667. Alexander VII. Papa Romanus, alias Fabius Chiſius, moritur, eiqve ſuccedit Clemens IX. antea Rospigliotius.

Anno CHRISTI.

1668. Controverſia Janſeniana in Gallia compeſcitur. Rex Sveciæ Academiam erigit Lundini in Scania Clemens IX. P. R. moritur: ſuccedit ei poſt 5. menſes Clemens X.

Anno CHRISTI. 1670.

Co-

Comes Hanovienſis profitetur religionem Romano Catholicam. Japonenſes in Aſia idem faciunt. Imperator Rom. Judæos ex ſuis regnis expellit.

Anno CHRISTI.

1671. Hi Vienna Venetias migrant, eorundemq; ſynagoga diruitur templumq; Leopoldo Auſtriæ olim Marggrafio dedicatur d. 18. Aug. Franciſcus Joſephus Borzi Italus hæreſeos damnatus Vienna Roman traducitur & ad perpetuos carceres damnatur.

Anno CHRISTI.

1672. Presburgi Lutherani ſuis privantur templis. verbi miniſtris in exilium ejectis.

Anno CHRISTI.

1674. Imperator interceſſione Electorum Saxoniæ & Brandenburg. nonnullis Evangelicis in Hungaria templa Scholasq; reſtituit.

Anno CHRISTI.

1676. Clemens X. P.R. moritur, ſuccedit ei Innocentius XI. alias Odoſchalki.

Anno CHRISTI.

1677. Londini in Angliafanaticus qvidam ſe poſtremum DEI Apoſtolum & teſtem vocat, & poteſtatem ſibi arrogat realiter, non ſaltem verbaliter maledicendi & benedicendi. Orator Perſicus Viennæ eleganter habet Orationem in publico Collegio de religione Chriſti-

Christiana & concordia ecclesiastica reducenda.

Anno CHRISTI

1678. Christophorus Bernhardus nob. à Gahlen Episcopus Monasterienſis ſeptuagenarius moritur.

Anno CHRISTI

1679. Auctor introducenda polygamiæ cum ſuis Scriptis à Carnifice publice exuſtis Stokholmia publice ejicitur.

Anno CHRISTI

1680. Monachus qvidam Franciſcanus Conſtantinopoli mahometanam religionem amplectitur & caſtrationi ſe ſubmittit.

* *Hæc brevis eſt ſumma rerum præcipuarum, qvæ in Eccleſia inde, ubi deſit B. Kromayerus, in hunc Annum geſta ſunt. Theologos Orthodoxos ſparſim commoravimus aliqvos. Eorum plurimi diem ſuum in CHRISTO obierunt, pars Eccleſiæ bono adhuc ſupereſt. Mortuis accenſent veniunt Sigvvardus, Schroderus, Eckhardus, Winckelmannus, Meiſnerus, Balduinus, Franzius, Roberus, Cundiſius, Schmuccius, Hopfnerus, Victor, Hemmingerus, Tarnovius, Munderlinus, Stegmannus, Gerhardus, Himmelius, Joh. major, Zeamannus, Hier. Pretorius, Giſenius, Caſſelius, Calixtus, Fevvrborninus Glaſſius, Durfeldius, Micralius, Jo. Hiſenius Derſcheus, Carpzovius, Schmidius, Hulſemannus, Urſinus, Nicolai, Chemnitius, Gerhardus*

Jun.

Jun. Wellerus, Danhavverus, Krommeyerus, Dilherrus, Rappolius, Haberkornius, Meisnerus, Musaus Geierus.

* *Politicas Rerumpubl. mutationes studio praterimus. Contigerunt interim pra caterus regnorum memorabiles conversiones duæ. Una Lusitanici: quod Anno 1641. à Philippo IV. Hispano ad Johannem Bragantinum, cujus Filius Alphonsus nuperrimè admodum occupavit solium mortui patris, defecit. Altera Britannici, quod Carolo I. Rege publica securi carnificis per inauditum nefas Anno 1649. abtruncato, nunc in Oliverii Cromwelli venit potestatem.*

DEUM rogamus, ut pacem nobis, quam habemus, conservet; alliis, qvi non habent, clementer largiatur.

Seqvitur brevis Analysis Articulorum Augustanæ Confessionis, &c.

PRimus Articulus *De S. TRINITATE* constat duabus partibus: *1. Thesi, h. e. assertione vera doctrina. 2. Antithesi, h. e. rejectione falsa doctrina.*

Prior pars duo membra habet: 1. De Unitate Essentia Divina. 2. De TRINITATE Personarum.

Posterior pars damnat hæreticos, qvi aut unitatem DEI aut TRINITATEM per-

sonarum negarunt: ut sunt Manichai, Valentiniani, Arriani, Eunomiani, Mahometista, Samosateniani.

Manichai duos Deos statuerunt, unum bonum, alterum malum: Valentiniani tres Deos. Arrius Filium & Spiritum Sanctum homomsium esse Patri negarunt: Eunomius Filium etiam prorsus dissimilem Patri esse contendit, usus hoc argumento: Aut genito ingenitum simile est, aut Filius Patri est dissimilis: At prius absurdum est: Ergo posterius verum. Samosatenus unam tantùm Personam in divinis esse asseruit, quæ pro varietate affectionis modò Patris, modo Filii, vel Spiritus Sancti nomine appelletur. Mahometista TRINITATEM. Personarum simpliciter negant, mentes hoc argumento, quòd DEO non sit Conjunx, ideò Filium ei nullum esse posse.

Secundus Articulus: *De Peccato Originali etiam constat: 1. Thesi 2. Antithesi. Thesis duo tractat 1. An sit peccatum originale? 2. Quid sit? Antithesis damnat Pelagianos, & eorum similes, Anabaptistas & Pontificios, quin & Calvinianos, &c. qui peccatum originis negant, vel extenuant.*

Tertius Articulus: *De CHRISTO, solus thesi constat. Sunt ejus membra. 4. potissimum: 1. De duabus naturis in CHRISTO. 2. De unione duarum naturarum personali. 3. De duplici statu CHRITI. 1. Exinanitionis. 2. Exaltationis 4 De. Beneficiis CHRISTI.*

Arti-

Articulus quartus: *De Justificatione, tribus membris constat.*

In I. rejiciuntur falsa Justificationis causa: 1. Vires nostra. 2. Merita nostra. 3. Opera nostra.

II. Asseruntur ex opposito tres vera Justificationis causa, & quidem efficientes: 1. Gratia DEI. 2. Meritum CHRISTI. 3. Fides.

III. Exprimitur causa formalis, quæ consistit in duobus: 1. Remissione peccatorum. 2. Imputatione obedientiæ ac satisfactionis CHRISTI.

Articulus qvintus: *De Ministerio Verbi & Sacramentorum constat thesi & antithesi. Thesis I. docet medium fidei consequendæ esse Ministerium Evangelii & Sacramentorum. 2. Causam efficientem, qva est Spiritus Sanctus. 3. Subjectum fidei, qvi audiunt Evangelium. 4. Formam hæ efficium fidei, qvod est amplecti gratuitam justificationem in CHRISTO. Antithesis damnat Anabaptistas & eorum similes.*

Articulus sextus: *De bonis operibus constat sola thesi. Qvatuor habet membra: 1. An sint facienda bona opera? 2. Qva sint verè bona opera? 3. Cur facienda sint? 4. Qvomodo præstanda sint, ut DEO placeant.*

Articulus septimus: *De Ecclesia, sola thesi absolvitur; & quidem tribus membris.*

I. Est de attributis Ecclesiæ. 1. Qvod sit? 2. Qvod una. 3. Qvod sancta. 4. Qvod perpetua mansura.

II. Habet

II Habet definitionem Ecclesiæ,

III. Habet ejus notas: 1. Puritatem verbi: 2. Legitimum usum Sacramentorum.

Articulus octavus: *De Hypocritis & malis Ecclesiæ Ministris, constat thesi & antithesi. Thesis tria habet: 1. Esse malos Ecclesiæ admixtos, 2. Eorum Ministerio uti licere. 3. Idq; ipsum nihilominus esse efficax. Antithesis damnat Donatistas.*

Articulus nonus. *De Baptismo, constat thesi & antithesi. Thesis tractat 1. de Baptismi necessitate. 2. Subjecto. 3. Fructu. Antithesis damnat Anabaptistas, qui pædobaptismum rejiciunt.*

Articulus decimus: *De Sacra Cœna, habet thesin & antithesin. Thesis docet 1. de partibus essentialibus hujus Sacramenti, 2. De vera præsentia Corporis & Sanguinis CHRISTI 3. De ejusdem distributione. 4. De organo acceptionis 5. De subjecto, vel [illegible]. 6. De ipsa actione. Antithesis rejicit doctrinam Calvinianorum,*

Articulus undecimus: *De Confessione, habet tria membra: 1: Quod Confessio privata, uti & absolutio sit retinenda. 2. Rejicitur falsa Confessio. 3. Ratio affertur istius rejectionis.*

Articulus duodecimus: *De Pœnitentia, constat thesi & antithesi. Thesis habet: 1. Subjectum pœnitentiæ. 2. Partes pœnitentiæ. 3. Fructum pœnitentiæ.*

Anti-

Antitheſi damnat tres hæreſes: 1. Anabaptiſtarum. 2. Novatianorum. 3. Papiſtarum.

Articulus decimus tertius: *De uſu Sacramentorum, in theſi 1. docet duplicem finem vel Uſum Sacramentorum: quod ſcil. ſint nota Eccleſiæ, & ſignagratiæ. 2. Ad ſalutarem Uſum Sacramentorum requirit fidem. In antitheſi damnat Pontificiorum opus operatum.*

Articulus decimus qvartus: *Breviter comprehendit 1. doctrinam de ordine Eccleſiaſtico, qvis & qvalis ille ſit. 2. Perſonas illius ordinis. 3. De earundem legitima vocatione.*

Articulus decimus qvintus: *In theſi habet: 1. Qvi ritus in Eccleſia ſint tolerabiles: 2. & qvatenus. In antitheſi damnat Pontificios, qvi Cæremoniis opinionem meriti aſſunxit.*

Articulus decimus ſextus: *In theſi 1. approbat res politicas. 2. Earum varias ſpecies enumerat. In antitheſi damnat Anabaptiſtas & Pontificios.*

Articulus decimus ſeptimus: *In theſi aſſerit qvatuor Novißima: 1. Finem Mundi. 2. CHRISTI reditum. 3. reſurrectionem mortuorum. 4. Judicium extremum. In antitheſi damnat Origeniſtas & Chiliaſtas.*

Articulus decimus octavus: *in theſi docet: 1. Liberi Arbitrii in rebus externis vires eſſe aliqvas. 2. In ſpiritualibus nullas. In antitheſi damnat Pelagianos.*

Articulus decimus nonus: *Causam peccati impingit 1. Diabolo. 2. Voluntati hominum.*

Articulus vigesimus *docet*: *1. quod bona opera non prohibeamus. 2. Quare fidem tantopere urgeamus.*

Articulus vigesimus primus: I. Memoriam *Sanctorum urget.* 2. *Sed invocationem eorundem rejicit.*

Articulus vigesimus primus: *1. Memoriam Sanctorum urget. 2. Sed invocationem eorundem rejicit.*

In Altera Parte Augustana Confessionis septem abusus vel falsa dogmata Pontificiorum refutantur, quæ sunt: 1. Mutilatio Cœnæ. 2. Celibatus Sacerdotum. 3. Missa. 4. Confessio auricularis Pontificia. 5. Prohibitio ciborum. 6. Vota Monastica. 7. Potestas Papalis.

ANA-

ANALYSIS APOLOGIÆ.

TAmetsi Apologiam Augustanæ Confessionis à Philippo Melanchthone conscriptam angustia hujus libelli excluſit: tamen ſub ratione Indicis, quæ inibi continentur, nihilominus hùc paucis referre volui.

Sciendum igitur, quod Augustana Confessioni opposuerint Pontificii Confutationem quandam, qua & ipſa in Comitiis Augustanis post noſtram Confeſſionem, publicè prælecta eſt, & in qua Noſtrates Imperator acquieſcere debere maximè voluit. Contra illam Confutationem adornata fuit Apologia juſſu principum: Verum à Cæſare nunquam retenta. Approbaverant autem Pontificii in confeſſione noſtra Augustana aliquot Articulos: ut primum, tertium, octavum, nonum, decimum, (urgendo tamen hic ſimul Tranſubſtantiationem commentum) decimum tertium (ex parte: urgent enim numerum 7. Sacramentorum) decimum quartum) ex parte quoque: volunt enim in vocatione Miniſtrorum obſervari ſanctiones Papales) decimum ſextum, decimum ſeptimum, decimum octavum, decimum nonum: Reliquos damnarunt: ut ſecundum de peccato originali, ubi rejiciunt deſcriptionem peccati originalis à noſtris uſurpatam, item,

negant concupiscentiam post baptismum esse peccatum: item quartum, quintum, sextum, vigesimum. *ubi negant, nos sola fide justificari, & urgent merita bonorum operum: item* septimum, *ubi negant Ecclesiam esse Communionem Sanctorum:* undecimum & duodecimum, *ubi fingen enumerationem peccatorum, & negant, contritionem ac fidem esse duas partes poenitentiae:* vegesimum primum, *ubi urgent invocationem Sanctorum: & in sequentibus simpliciter defendunt suos abusus.*

Ad illorum igitur Argumenta Philippus in Apologia Augustana Confessionis prolixe respondit.

ANA-

ANALYSIS FORMULÆ CONCORDIÆ.

I.

NOrma ac Judex controversiarum est solæ Sacræ Scripturæ: cætera Symbola & Scripta funguntur officio testium.

II. In primo Articulo *quæstio est vel fuit: An peccatum originale sit substantia? Negatur.*

In secundo Articulo: *An homo non renatus habeat liberum arbitrium ad conversionem sui, in rebus spiritualibus? Neg.*

In tertio Articulo: *An CHRISTUS sit Justitia nostra vel secundum divinam naturam tantùm, vel secundum humanam tantùm? Resp. secundùm utramque, interveniente obedientia suâ.*

In quarto Articulo: *An bona opera sint necessaria ad salutem? An verò pernitiosa ad salutem? Neg. utrumque.*

In quinto Articulo: *An Evangelium propriè sit concio pœnitentiæ, arguens peccatum incredulitatis? Neg.*

In sexto Articulo: *An lex etiam renatis inculcanda sit? Affirm.*

In septimo Articulo: *An in sacra Cœna Corpus & Sanguis CHRISTI vere ac substantialiter adsint, itâ ut ore sumantur ab omnibus, qui Sacramento utuntur? Affirm.*

In nono Articulo: *An CHRISTUS, quoad totam Personam, descenderit ad inferos? Et an ad statum exaltationis descensus ille pertineat? affirm.*

In decimo Articulo: *An persecutionis tempore in Adiaphoris aliquid concedendum sit Adversariis? Neg.*

In undecimo Articulo: *An DEUS absoluto decreto sive paucos quosdam homines ad vitam æternam prædestinaverit? Neg.*

III. *In tertia parte damnantur: 1. Anabaptistæ. 2. Schwenkfeldiani. 3. Ariani. 4. Antitrinitarii. Tantum de Epitome.*

In ipsa Formula Concordiæ, *quæ* solida declaratio, &c *appellatur, ista omnia latius explicantur, & firmissima argumenta confirmantur.*

SOLI DEO GLORIA.

Index eorum, qvæ hac Epitome continentur, cum qvadam Analysi.

I.

Liber Christiana Concordia alias completitur II. partes. 1. præfationem generalem 2. Tria Symbola Oecumenica. 3. Augustanam Confessionem. 4. ejusdem Apologiam. 5. Articulos Schmalkaldicos. 6. Catechismum Lutheri minorem. 7. Catechismum ejusdem majorem. 8. Epitomen Formulæ Concordiæ in specie sic dictæ. 9. Ipsam Formulam Concordiæ in specie sic dictam. 10. Catalogum Testimoniorum Patrum de Persona Christi, deqve divina Majestate humana natura Christi communicata. 11. Subscriptiones.

II.

Nos verò in hoc libello, brevitatis studio, & ad captum tyronum, recensuimus tantùm 1. Præmissa præfatione illa generali: 2. tria Symbola pag. 1. &c. 2. Aug. Confessionem, pag. 9. &seq. 3. Articulos Schmalcaldicos, pag. 63. &c. 4. Catechismum Lutheri minorem, pag. 119. 5. Epitomen Formulæ Concordiæ in specie sic di-

dictæ, pag. 155. 6. Colophonis loco addidimus precationes Scholasticas, pag. 233. unà cum indiculo Historiæ Ecclesiasticæ, pag. 235.

III.

In Præfatione generali: *narratur occasio ineundæ hujusmodi Concordiæ, quam præbuerunt Controversia super Articulo Aug. Confessu post mortem Lutheri exortæ.* 2. *Studium pientissimorum Electorum ac Principum, &c. in componendis illis dissidiis commemoratur.* 3. *Modus in concinnando & probe dijudicando libro Concordiæ adhibitus recensetur.* 4. *Ratio, ob quam prima illius & prorsus invariata Confess. Aug. exemplar libro Concordiæ insertum sit, indicatur.* 5. *Quid de secunda edit. Aug. Confess. nec non de cæteris Philippi & aliorum Theologorum scriptis sentiendum sit, exponitur.* 6. *Quatenus in loco de S. Cœna ad doctrinam de Majestate Christi hominis provocatum sit, edisseritur.* 7. *Quo pacto condemnationes istæ falsorum dogmatum accipiendæ sint, ostenditur.* 8. *Liber Concordiæ omnibus commendatur.* 9. *Causa ejusdem in lucem editi colligitur; quæ sunt; errorum refutatio: Doctorum ad certam formam docendi obligatio: subditorum salutis sera institutio: multorum de ineundâ hujusmodi Concordiâ vota atque exspectatio, &c.* 10. *Ab omni suspitione novitatis dogmatum Liber Concordiæ vindicatur.* 11. *Subscriptionibus idem confirmatur & obsignatur.*

IV. Sym-

IV.

Symbola Oecumenica sunt tria: Apostolicum, Nicenum & Athanasianum, p. 1. usqve 8.

V.

Artic. Aug. Confess. in universum sunt 28. *Distribuuntur autem in duas partes:* Prior continet veræ doctrinæ assertionem, *Articulis 21. quorum 1. De S. Trinitate. 2. De Peccato Originali. 3. De Christo. 4. De Justificatione. 5. De Ministerio Verbi & sacramentorum. 6. De bonis Operibus. 7. De Ecclesia. 8. De Hypocritis & malis Ecclesiæ Ministris. 9. De Baptismo. 10. De S. Cœna. 11. De Confessione. 12. De Pœnitentia. 13. De usu Sacramentorum. 14. De Ministerio seu Ordine Ecclesiastico. 15. De Ritibus Ecclesiasticis. 16. Rebus Civilibus. 17. De extremo Judicio. 18. De Libero Arbitrio. 19. De Causa Peccati. 20. De Fide & bonis Operibus. 21. De Cultu Sanctorum.* Posterior complectitur emendationem abusuum Pontificiorum, *quorum sunt septem: 1. De utraque specie. 2. De Conjugio Sacerdotum. 3. De Sacrificio Missæ. 4. De Confessione auriculari. 5. De Discrimine Ciborum. 6. De Votis Monachorum. 7. De potestate Ecclesiæ.*

VI.

Articuli Smalcaldici distribuuntur in tres partes.

Prima Pars *habet Articulus quatuor minus controversos: 1. De Unitate DEI. 2. De S. Trinitate*

nitate Personarum. 3. De incarnatione Filii DEI. 4. De ejusdem Nativitate, Passione, Resurrectione, &c.

Secunda pars continet itidem 4 Articulos, sed cum Ponticiis maximè controversos: 1. De Justificatione. 2. De Missa, pag. 73. 3. De Collegiis Canonicorum & Monasteriis, pag. 82. 4. De Papatu, pag. 83.

Tertia pars complectitur Articulos quinde cum doctrinibus tractandos. pag. 90. 1. Decim cum Peccato. 2. De Lege. 3. De Pœnitentia. 4. De Evangelio. 5. De Baptismo. 6. De Sacramento Altaris. 7. De Clavibus. 8. De Confessione. 9. De Excommunicatione. 10. De Initiatione, Ordine, & Vocatione. 11. De Conjugio Sacerdotum. 12. De Ecclesia. 13. De Justificatione & bonis Operibus. 14. De Votis Monasticis. 15. De humanis Traditionibus.

VII.

Epitome Formulæ Concordiæ (in specie sic dictæ) tres partes habet.

Prima est quasi exordium, vel præfatio, de norma controversiarum, pag. 155.

Secunda pars: habet 11. Articulos, de quibus exorta erant controversia inter Theologos Augustanæ Confessionis quorum 1. est de Peccato Originali, pag. 158. 2. De Libero Arbitrio, pag. 166. 3. De Justitia Fidei, pag. 173. 4. De bonis Operibus, pag. 179. 5. De Lege & Evangelio, pag. 184. 6. De tertio Usu Legis. pag. 188. 7. De

7. De Cœna DOMINI, pag 192. 8. De Persona CHRISTI, pag. 202. 9. De Descensu CHRISTI ad inferos, pag. 213. 10. De Ceremoniis & Adiaphoris, pag. 214. 11. De aterna Prædestinatione, pag. 218.

Tertia pars continet appendicem de aliis hæresibus & sectis, qvæ Augustanam Confessionem unqvam sunt amplexæ, pag. 225.

VIII.

Infeliciter in Studio Theologico versari eum qvi prorsus ignarus est historiæ Ecclesiasticæ, dubium est nullum. Igitur in gratiam juventutis, qvam maturè imputationi & observationi temporum rerumqve in Ecclesia gestarum assvefieri cupimus, Indiculum qvendam historiæ Ecclesiasticæ huic libello annectere voluimus, Animus qvidem erat succinctim omnia comprehendere, & qvasi in angustiæ universi temporis Articulos redigere: sed præter propositum, ob multitudinem ac varietatem rerum, appendix hæc paulum excrevit, qvam tamen adolescendibus non inutilem fore confido.

Continet qvinqve Terminos: Primus est ab origine Mundi usqve ad diluvium: secundus complectitur primam Monarchiam, qvæ est Chaldaica: tertius Persicam: qvartus Græcam: qvintus Romanam: Et in his Ecclesiæ Veteris ac Novi Testamenti varias Periodos.

LX. Ana-

IX.

Analysin brevem Articulorum Augustanæ Confessionis: nec non Apologiæ, (quæ aliàs omissa est in hoc libello brevitatis studio) & Formula Concordiæ, vide sub finem libelli, post indiculum Historiæ Ecclesiasticæ.

FINIS.